

0020 A 231
6

Just:
III. C. 1.



af

28

DISSERTATIO

DE

SACRA COENA

A

LAICIS ADMINISTRANDA

QVAM

P R A E S I D E

IO. GEORGIO WALCHIO

THEOL. D. ET PROF. P. ORD. SERENISSIMOR. SAX. DVC. AC MARG-
 GRAVII BRANDENBURG. ONOLDIN. A CONSILII ECCLESIAST.
 ET CONSISTOR. CIVIVM IN HAC ACADEM. MEINVNG.
 ET ONOLD. INSPECTORE

PATRONO AC PRAECEPTORE OMNI PIETATIS CVLTV PROSEQVENDO
 PVBLICO BRVDITORVM EXAMINI SVBICIT

A V C T O R

GEORGIVS MATTHAEVS LEOPOLDVS

DVRCKHEIM. PALATIN.

DOCTRINAE SANCTIORIS CVLTVR.

D. XVIII. MART. ANN. CHR. M DCC XLVII.




IENAE APVD IO. FRIDERICVM RITTERVM.



DISSERTATIO
DE
SACRA COENA
LAICIS ADMINISTRANDA

PRÆFATIO
IO. GEORGIO WALCHIO
THEOLOGICO PRAECEPTORI
ET COENITURAE ACADEMICAE
ET COENITURAE ACADEMICAE
PATRONO PRAESENTATA
A
GEORGIO MATTHIAEUS LEOPOLDVS
DOCTORI ACADEMICO
D. X. MDCCLXXV. A. M. DCC. XLVII.



HALLAE A. M. DCC. XLVII.

ILLVSTRISSIMO COMITI
A C
DOMINO
DN. FRIDERICO MAGNO
IMPERII S. ROMANI
COMITI REGENTI LEININGENSI
DACHSBVRGENSI ET HARTENBVRGENSI
DOMINO APPERMONTI
PATRIAE PATRI
SVO LONGE CLEMENTISSIMO.

ET
ILLVSTRISSIMO COMITI
AC
DOMINO
DN. CAROLO FRIDERICO
GVILIELMO
IMPERII S. ROMANI
COMITI LEININGENSI, HARTEN-
BVRGENSI ET REGENTI DACHSBVRGENSI
DOMINO APPERMONTI
DOMINO
SVO LONGE CLEMENTISSIMO,
DISSERTATIONEM HANC DEMISSISSIMA MENTE
CONSECRAT
GEORGIVS MATTH. LEOPOLDVS.

ILLVSTRISSIMI COMITES,
DOMINI CLEMENTISSIMI



MAXIMO me affici timore ac
pudore, quum perpendam ra-
tiones meas et tenuem hanc
dissertationem ac leue studio-
rum meorum specimen illustrissimis VE-
STRIS nominibus consecrem, haud inficias
ire possum. Vereor enim, ne nimis audax
esse videar, et ne quid suscipiam, a VESTRA
dignitate ac splendore alienum. Egregia
tamen clementia VESTRA et plane singula-
ris in litterarum cultores benignitas trepi-
dantem erigit animum meum ac dedicatio-
nis

nis huius non difficilem mihi pollicetur ve-
niam. Aspicite igitur, COMITES ILLUSTRIS-
SIMI, fronte, quæ Vobis propria est, fere-
na exiguum hoc pietatis munus et reueren-
tiam magis offerentis; quam oblatae rei ra-
tionem pro VESTRA expendite clementia.
Nunquam mihi deerit animus, voluntatibus
VESTRIS inuiolatum præstandi obsequium:
nunquam mihi deerit ardor, pro perpetua
sanitate, ILLUSTRISSIMI COMITES, D. T.
O. M. implorandi. Id quod nunc etiam fa-
cio ac pias ad summum numen fundo pre-
ces, vt vos totamque familiam illustrissimam
omni ac solida felicitate frui iubeat: con-
tra quæuis aduersa cœlesti tueatur virtute
et ad feros vsque annos incolumes præstet
ac sospites, vt diutius de clementia VESTRA
eximia vna cum parentibus meis: immo
omnibus ciuibus vestris lætari possim. Ienæ
d. xv. mart. M DCC XLVII

DIS.



DISSERTATIO
DE
SACRA COENA A LAICIS
ADMINISTRANDA.

Σ Τ Ν Ο Ψ Ι Σ.

SUMMA dicendorum indicatur
§. I.

Primum historia argumenti huius
perceretur, cum antiquior, ubi
ostenditur, apud veteres chri-
stianos haud licuisse laicis, sa-
cra diuini epuli peragere, ac
speciatim controuersia, de Ter-
tulliani loco concitata, fusius
memoratur §. II. - VI.

Tum recentior, qua diuersae de sacra
coena, a laicis administrandi, sen-
tentiae enarrantur, fanaticorum
videlicet ac Socinianorum, qui ad-
firmant, laicis aequae ac uiris sa-
cri ordinis permittendum esse, ut
sanctiores epulis consecrent at-
que alii, publice ac priuatim,
porrigant §. VII.

Arminianorum, qui putant, ubi mi-
nistri ecclesiastici haud adsint,

administrationem mysterii huius
a quouis laico peragi posse, si et
nulla illius obuenerit necessitas
§. VIII.

Quum autem princeps controuersiae
huius ratio in casu necessitatis
posita est, praesertim de isto sa-
crae dissensionem commemorantur,
quum alii negant, sacram coe-
nam in casu necessitatis a laico
esse administrandam horumque
duo sunt genera: alterum eo-
rum, qui episcopum romanum
venerantur §. IX.

Aalterum autem nostrorum theologo-
rum, ad quos etiam, cum istis
consentientes, iureconsulti ad-
iunguntur §. X.

Alii ab his discedunt et asser-
mant, laicos in casu necessitatis
panem et uinum consecrare atque
alii

aliis præbere posse, ex ordine no-
strorum cum sanctioris discipline;
rum iuris doctorum §. XI. - XV.

Quis utriusque partis diuersæ sen-
tentia ita recensentur, ut quibus
illa utitur, argumentorum simul
fiat enumeratio §. XVI. - XXI.

Deinde, tractatione historica ad
finem perducta, res ipsa di-
iudicatur, ita ut ratio controuer-
sæ explanetur atque inter alia
ostendatur, administrationem
sacræ cœnæ haud publice ac per
ordinem a laico fieri posse §. XXII.
XXIII.

Nec priuatum epularum salutarium
usum sine necessitate permitten-
dum esse §. XXIV. XXV.

Sed sacri conuiuii administratio-
nem, a laico instituendam, casum
summe necessitatis requirere.
Qualis ille esse debeat et num ex-
sistere queat; nec ne? utrumque
inuestigatur §. XXVI.

Ac denique adfirmatur ac proba-
tur, in descripto necessitatis casu
laicum munus posse obire, pan-
em ac vinum conferendi atque
aliis exhibendi §. XXVII.
XXVIII.

* * *

A

D quaestiones, de sacra cœna controuer-
sas, eam quoque pertinere: num ista a lai-
cis; siue illis, qui in ordinem ecclesiasti-
cum haud adscripti sunt, ita possit admini-
strari, ut symbola eius consecrent et con-
uiuiis porrigant; nec ne? diuersæ scripto-
rum sententiæ factæque disputationes luculenter mon-
strant. In quo argumento explanando quum operam
nostram ponere, nobiscum constituimus, iusta atque
adcurata, illud persequendi, ratio postulat, ut primum
percenseamus, quæ ad historiam eius pertinent; nec
solum in id inquiramus: num apud antiquiores christia-
nos laicis, quos vocant, licuerit, sacra diuini epuli per-
agere? sed etiam diuersas auctorum recentiorum sen-
tentias vna cum illarum rationibus enarremus; dein-
de autem, omnibus istis expositis, ad rem ipsam dii-
dicandam accedamus. Pro hoc dicendi ordine com-
mentatio nostra duabus absolui debet partibus, distin-
cte constitutis ac rite inter se connexis.

§. II.

§. II.

Quod igitur primum ad veteres christi sectatores attinet, in illorum antiquitatibus de sacra coena nihil inuenitur, quod ad ius laicorum, istam administrandi, pertineat. Seculo primo atque sub exordium ciuitatis christianæ administratio diuinarum epularum fiebat ab apostolis atque aliis cœtuum sanctorum ministris. Nec sacra; nec ecclesiastica monumenta vllam sententiam; vel vllum exemplum de laico habent. Quamuis enim *actos. 11, 46.* litteris proditum sit, quod christiani apostolici fuerint *quotidie simul adsidui in templo, κἀδωρὲς τε καὶ ἑκὼν ἄγρον*, atque ex his argumentum fumatur pro iure laicorum, quoniam tot epulis sacris, in multis diuersisque ædibus paratis, non semper quisquam ex christi legatorum; vel presbyterorum ordine interessè potuerit hancque ob rem administratio pertinuerit ad laicos; vbi tamen, quæ diuinus scriptor tradit, rite intelligantur, haud difficulter adparet, in illis non firmiorem probandi rationem contineri. Non satis est exploratum, istum vocem ἄγρον vsurpassè de sacra cœna, non de liberalitate erga pauperes ac beneficiis, in illos collatis, sique et vulgarem sequamur interpretationem atque existimemus, Lucam loqui de eucharistia; tamen ex eo haud conficiendum est, quod laici ætate illa cœnam sacram dispensauerint. Sane non sine veritatis specie IOSEPHVS SCALIGER,* IOSEPH. MEDE,** GVIL. BEVEREGIVS*** atque alij obseruant, καὶ ἑκὼν apud Lucam idem esse, quod ἐν ἑκὼν, in domo, atque indicari, christianos in ædibus,

A 2

actos.

* *animaduersionibus in Bezae nouum testamentum*, primum in lucem prolatis ab HENRICO LEONH. SCHVRFLEISCHIO

act. litterar. p. 27.

** oper. p. 322.

*** *codic. canonum ecclesia primitiu. vindicat.* p. 202.

actōr. 1, 13. memoratis, congregatos fuisse. Pro qua explicatione fieri omnino poterat, ut, quum christi cultores sacra conuiuii diuini celebrarent, vnus ex apoftolorum; vel presbyterorum numero præsens esset. Immo idem adfirmandum est, vbi et verborum κατ' οἶκον interpretationem, a plerisque receptam, de singulis videlicet domibus, velimus adprobare. Quæ enim ita κατ' οἶκον facta esse, dicuntur, de celebratione atque administratione sacræ cœnæ, non simul; sed diuerso tempore, in singulis domibus instituta, intelligenda sunt. * Nec est, quod pro laicis verba Pauli: τὸ ποτήριον τῆς εὐλογίας, ὃ εὐλογοῦμεν, item: τὸν ἄρτον, ὃν κλώμεν, 1. Corinth. x, 16. adferantur atque ex numero multitudinis argumentum petatur, quia iste commode ad apóstolos ac presbyteros solos referri potest. Quæ HVGGO GROTIVS ** de Petronilla, Petri filia, refert, eam eucharistiam consecrassè, illa sunt fabulosa atque omni probatæ antiquitatis testimonio carent, quemadmodum HENRIC. DODWELLVS *** ostendit. Apud IGNATIVM * quidem hæc habentur: ἐκεῖνη βραβεία εὐχαριστία ἡ γέισθη, ἡ ὑπὸ τὸν ἐπίσκοπον ἔσται, ἡ ᾧ ἂν ἀντὸς ἐπιτρέψη, rata eucharistia habetur illa, quæ sub episcopo fuerit; vel cui ipse concesserit; sed nec in illis idonea inest probandi virtus. Nam quid IGNATIVS per vocem εὐχαριστίας voluerit exprimere, non satis certum est. Potest illa intelligi de cœna salutari, cuius auctorem veneramus optimum seruatorem nostrum, quemad-

* vide IUST. CHRIST. SCHOMERVM de collegiatismo, disput. I. §. 37.

** dissert. de cœna administratione, vbi pastores non sunt, tom. IV. oper. theolog. p. 508.

*** dissertat. de iure laicor. sa-

cerdotali ex sententia Tertulliani, cap. v. p. 312. Petronillæ huius in martyrologiis romano, BEDÆ, ADONIS, VSVARDI mentio fit.

* epistol. ad Smyrnicos, §. VIII. tom. II. patrum apostolic. COTELLERII p. 36.

quemadmodum vox hæc apud scriptores ecclesiasticos, nominatim IVSTINVM *martyrem*, CLEMENTEM *Alexandrinum*, ORIGENEM, CYRILLVM *Hierosolymitanum* atque alios, quos IO. CASPAR SVIGERVS * per- censet, vsurpatur; attamen nec vlla impedit ratio, quominus ea de *gratiarum actione* sumatur. **

§. III.

Seculi secundi documenta quædam de cœna sacra, a laicis administrata, ad nos delata esse, videntur; sed tamen nec ista ad iustam probationem valent. IVSTINVS *martyr* hæc litteris mandauit: *** *ἐπι καλέμενοι παρ' ἡμῶν διάκονοι διδάσων ἐκάστῳ τῶν παρόντων μεταλαβεῖν ἀπὸ τοῦ εὐχαριστηθέντος ἄρτου καὶ οἴνου, καὶ ὕδατος, καὶ τοῖς ἐπαύροις ἀποπέμψαι, qui apud nos vocantur diaconi, distribuunt unicuique presentium, ut participet eum, in quo gratiæ acta sunt, panem, vinum et aquam, * et ad absentes perferunt; quis autem non videat, hæc non ad consecrationem sacre cœnæ, in qua maximum rei controuersæ momentum positum est;*

A 3

fed

* *thesaur. eccles. tom. I. p. 1269.*** adde GOTTFR. ARNOLDVM in *der Abbildung der ersten Christen, libr. II. cap. 15. §. I. p. 351.**** *apolog. I. §. 85. p. 127. edit. GRABII.** IVSTINVS *martyr* meminit aque, quia veteres christiani vsu ac more receptum habebant, vt in diuino epulo vinum, aqua mixtum, adhiberent. Patet hoc quoque ex IRENAEO *libr. V. cap. 2. vbi mixtus calix memoratur: CYPRIANO epist. LXIII. p. 104. oper. edit. BALVZII: GRE-*GORIO *Nyseno*, AMBROSIO atque aliis. Varias consuetudinis huius causas percenset FRIDERIC. SPANHEMIVS *hystor. christ. sec. II. cap. 4. tom. I. oper. p. 624. cui adiungendi sunt: GERARD. 10. VOSSIVS disput. XXII. thes. 8. tom. VI. oper. p. 441. 10. ERNEST. GRABIVS not. ad Irenæum dict. loc. p. 397. IOSEPH. BINGHAMVS origin. sue antiqu. eccles. libr. XV. cap. 2. §. 7. volum. 6. p. 274. et IO. FRANCO. BVDDEVVS *parerg. hystor. theol. p. 21.**

sed ad illius distributionem pertinere? * Maiorem veri speciem præ se habent, quæ apud TERTULLIANVM** his verbis expressa sunt: sed dices: ergo ceteris licet, quos excipit. Vani erimus, si putauerimus, quod sacerdotibus non liceat, laicis licere. Nonne et laici sacerdotes sumus? Scriptum est, regnum quoque nos et sacerdotes deo et patri suo fecit. Differentiam inter ordinem et plebem constituit ecclesiæ auctoritas et honor, per ordinis confessum sanctificatus. Adeo, ubi ecclesiastici ordinis non est confessus, et offers et tinguis et sacerdos es tibi solus. Sed ubi tres, ecclesia est, licet laici. Unusquisque enim sua fide vivit. Nec est personarum acceptio apud deum, quantum non auditores legis iustificantur a deo; sed factores, secundum quod et apostolus dicit. Igitur si habes ius sacerdotis in temet ipso, ubi necesse est, habeas oportet etiam disciplinam sacerdotis, ubi necesse sit, habere ius sacerdotis. Digamus tinguis? Digamus offers? Quanto magis laico digamo capitale est, agere pro sacerdote, quum ipsi sacerdoti, digamo facto, auferatur, agere sacerdotem? Sed necessitati, inquis, indulgetur. Nulla necessitas excusatur, quæ potest non esse. Noli denique digamus deprehendi, et non committis in necessitatem administrandi, quod non licet digamo. Omnes nos deus ita vult dispositos esse, ut ubique sacramentis eius obeundis apti simus. Vbi adfirmat TERTULLIANVS, omnia ea convenire hominibus plebei ordinis; sue laicis, quæ sint sacerdotum, et ab illis peragi posse, si necessitas ista requirat, uti satis perspicue hæc indicant: nonne et laici sacerdotes sumus? ac differentiam inter ordinem et plebem constituit ecclesiæ auctoritas.

* præter alios, recte hoc observat IOS. BINGHAMVS orig. sine antiquit. eccles. libr. II. cap. 20. §. 7. p. 304.

** libr. de exhortat. castitat. cap. VII. p. 668. operum edition. RIGALTII

ritas. Quocirca et significat, quod laicis liceat, sacramentam cœnam administrare, non tam ex sua sententia; quam ex ratione moris, apud veteres christianos recepti, quando dicit: *adeo ubi ecclesiastici ordinis non est confessus, et offers et tinguis et sacerdos es tibi solus.* Quo loco vox *offers* idem est, ac *προσφέρεis*, id est, *panem consecras.* Nam *προσφέρεis*, absolute positum, exprimit: *θυσίαν προσφέρεis*, *sacrificium offerre*, atque usurpatur de sacra cœna, quam antiquiores christianorum doctores sæpe *θυσίαν*, *sacrificium* adpellarunt, ea ratione, ut significare voluerint, in diuino epulo fieri recordationem sacrificii, a christo in cruce oblati.* Sic in *constitutionibus apostolicis*** dicitur de diacono: *ὁ βαπτίζεις, ἔ προσφέρεis, non baptizat; nec offert;* in concilio autem Nicœni canone XVIII. *ἔτε ὁ κανὼν, ἔτε ἡ συνήθεια παρέδωκεν, τὸς ἐξουσίαν μὴ ἔχοντας προσφέρεis, τοῖς προσφέρεis: δίδουαι τὸ σῶμα τῆ χειρῶ, neque canon; neque consuetudo tradidit, ut qui potestatem offerendi non habent, iis, qui offerunt, dent corpus christi.*** Quando autem TERTULLIANVS existimauit, consuetudinem veterum christianorum ita tulisse, ut laici, si necessitas adfuerit, panem et vinum consecrare ac conuiuus exhibere potuerint, falsam prodidit persuasionem, quam nulla suppetunt testimonia, quæ morem hunc confirmant.

§. IV.

* que hoc comprobant exempla, percentent: 10. CASP. SVICERVS *libro observationum cap. IV. p. 96.* ac *thesaur. eccles. tom. I. p. 1421.* et SALOM. DEVLINGIVS *observation. miscellan. p. 296.* quibus adiungas: MART. CHEM-NITIVM *part. II. examin. concilii*

Tridentin. loc. 6. artic. 8. p. 480. et PHILIPP. MORNAEVUM *libr. III. de sacr. eucharist. cap. I. p. 743.*
** *libr. VIII. cap. 28. tom. I. patr. apostolicor. COTELERII p. 416.*
*** apud GVIL. BEVEREGIVM, *tom. I. synodic. p. 80.*

§. IV.

Verba TERTULLIANI, iam memorata atque illustrata, longioris litis materiam suppeditarunt. Quum enim NICOLAUS RIGALTIUS * Tertullianum ita explicasset, ut affirmaret, illum laicis etiam facultatem tribuisse, sacram coenam administrandi, ubi id necessitas postularet, GABRIEL ALBASPINAEVUS, ** episcopus Aurelianensis, ei restitit ac tantum odium hanc ob rem in illum concitavit, ut hic ad Albaspinaevum epistolam exararet ac significaret, se nunc sententiam suam improbare ac cum Albaspinaeo consentire; id quod tamen non ex animo; sed, quemadmodum praeter alios, HENRICVS DODWELLVS *** merito suspicatur, eo consilio scripserat, ut invidiam, in quam adductus fuerat, deleteret atque alias deuitaret molestias. At vero tantum abfuit, ut ita pax ac concordia plene esset restituta, ut inimicitia, inter illos nata, in dies augetur resque ad curiam romanam deferretur ac variis scriptis utraque pars causam suam tueretur; tandem autem Albaspinaei mors, quae anno post natum feruatorem MDCXXX. contigit, concertationis huius finem fecit. Rigaltii sententiam postea in se susceperunt defendendam HVGGO. GROTIUS et CLAVDIUS SALMASIVS, quorum ille singularem *dissertationem* * composuit eaque non

* obseruat. XIX. ad libros Tertulliani, e codice manuscripto Agobardi emendatos.

** libr. II. de eucharistia cap. 8.

*** praefat. dissertat. de iure laicorum sacerdotali ex sententia Tertulliani aliorumque veterum. §. V.

* prodit dissertatio haec anno MDCXXXVIII. sine auctoris

nomine; hunc tamen esse HVGONEM GROTIUM, comperit est. Translata illa fuit non solum in eius operum theologicorum tomum IV. p. 505. sed etiam ab HENRICO DODWELLO memoratae dissertationi de iure laicorum sacerdotali adiecta. In prioris eius parte Grotius de carne ad-

non solum in Tertulliani verbis interpretandis Rigaltium sequutus est; verum etiam exemplis ac rationibus comprobare voluit, apud veteres christianos laicis facultatem datam esse, sacra diuini epuli peragendi, si qua extiterit necessitas. * Hic; siue SALMASIVS, ** idem adfirmavit eundemque testem, Tertullianum videlicet, aduocauit. Contra vtrumque, Grotium ac Salmasium, DIONYSIVS PETAVIVS **

B

dispu-

ministracione, vbi pastores non sunt, exponit; in posteriore vero quaestione pertractat: an semper communicandum per symbola? quam quum negat, simul quoque necessitatem sacrae coenae impugnat, in eam adductus persuasionem, si quis remoueatur a communione ecclesiastica, qua adhuc fuerit vsus, illum facile epulo diuino carere posse, quoniam id nunquam, veluti ad salutem sempiternam consequendam necessarium, sit praecipuum.

* varia quoque GROTIUS in epistolis suis habet, quae ad historiam certaminis inter Rigaltium atque Albaspinæum pertinent. Reprehendit enim Rigaltium, quod bene dicta in iugulum reuocauerit: epistola in pontificem scriuit: in Aurelianensem satis libera Romanam prouocauerit, epist. CCLVII. Existimat etiam, Albaspinæum et Rigaltium damnandos esse: illum, quod Tertullianum male sit interpretatus; hunc, quod bonam interpretationem male defendit ac contra quam sentiret, scripserit,

epistol. CCLVIII. Præterea, hæc litteris mandauit: interim et Rigaltius et Aurelianensis libellis certant; si tamen certamen est, vbi hic verberat; ille vapulat tantum. Viriusque libelli, definito tantum numero, exempla typis descripta sunt, quæ paucis admodum dantur, ne in vulgus et ad hereticos emanent, ceter. epistol. CCLX. item: haud credas, quam morte Aurelianensis et Rigaltius, et qui fautores ei sunt, gaudeant. Neque enim dubitant, quin perpetuum in illo hostem habiturus fuerit Rigaltius: et iam omnium in illum academiarum iudicia collegerat iactabatque, manifestis eum argumentis teneri hereticæ prauitatis, epistol. CCLXV. Omnia hæc Grotius ad Salmasium scripsit hicque etiam respondit.

** dissertat. de episcopis et presbyteris contra Petanium, quam sub nomine WALONIS MESSALINI MDCXLI. edidit, cap. v. p. 384.

*** Grotio opposuit: diatribam de potestate consecrandi et sacrificandi, sacerdotibus a deo concessa, quæ

disputavit ac causæ præsidium in eo posuit, quod existimaret, vocem *offerre*, a Tertulliano usurpatam, non de consecratione; sed de ea consuetudine intelligendam esse, qua laici, quum sacra coena vti voluerint, ad istam parandam panem ac vinum adtulerint. * GEORGIVS *Ambianus* ** nefas quidem esse, arbitratur, si quis ex laicorum numero sumat sibi, sacerdotis munere fungi; attamen credit, apostolorum ætate hoc illis licuisse, atque inter alia dicit: *hæc una ex grauioribus, quæ occurrunt in Tertulliano, difficultatibus, a Rigaltio tentata: ab Albaspino temperata; sed nescio, an temperamentum admittat; aut periculum lubentius subeat. Pamelium taceo, qui et litteram subuertit; nec ad sensum accessit, ceter.* Versatus quoque est in eodem argumento explanando IO. HARDYINVS *** ac probandum sibi sumit, Tertullianum laicis non aliud sacerdotium adscribere; nisi id, quod sit spirituale ac mysticum; præter hos autem, præ aliis memorari debet HENRIC. DODWELLVS. Edidit *dissertationem* * illaque contendit

quæ non solum prodit separatim Paris. anno MDCXXXVIII. et MDCXC. sed etiam in eiusdem *tom. IV. theologicor. dogmat. p. 203.* et vna cum HENRICI DODWELLI *dissertat. de iure laicorum sacerdotali.* Aduersus Salmasium disputat *libr. III. de ecclesiast. hierarch. cap. 2. sq. tom. IV. theol. dogmat. p. 79.* adde IO. HOORNBEEKIVM *libr. I. miscellan. sagrorum cap. 18. p. 538.*

* confutarunt quoque Grotii *dissertationem*, non priorem tamen; sed posteriorem illius partem de questione: *an semper communicandum per symbola? AN-*

DREAS RIVETVS *apologes. pro vera pace ecclesiast. num. 45. tom. III. oper. p. 1074.* et IO. CLOP-PENBERGIVS *selectarum disputationum theologicarum quarta, quæ in eiusdem theologic. oper. tomum I. p. 592.* translata et ab HENRIC. DODWELLO *dissertationi de iure laicorum sacerdotali* addita fuit.

** *tom. I. Tertullian. redituus in libr. de exhortation. castit. cap. 7. p. 357.*

*** *de potestate consecrandi, cap. II. p. 300. operum eius selector.*

* *inscriptio illius est: de iure laicorum sacerdotali, ex sententia*

Ter-

dit, Tertullianum non promiscue de quibusvis laicis; sed de iis tantum loqui, qui extra ordinem virtute, futura prædicendi, diuinitus fuerint instructi, hisque tribuere ius, mysteria baptismi et sacrae cœnæ administrandi; * quam tamen sententiam merito reiecit celeberrimus IVST. HENNINGVS BOEHMERVS. ** Verba enim, quibus Tertullianus vtitur, ita posita sunt, vt plane nullam laicorum differentiam indicent; sed ad omnes illos spectent, cuiusmodi scribendi rationem haud potuisset adhibere, si ius, sacramenta administrandi, prophetis voluisset vindicare. Sane nomina *laicorum* ac *prophetarum* non communem atque eandem significationem habent. ***

§. V.

Tertii seculi scriptores, quorum monumenta ad nos peruenierunt, itidem nihil habent de iure, laicis

B 2

con-

Tertulliani aliorumque veterum dissertatio, aduersus anonymum dissertatorem de cœnæ administratione, vbi pastores non sunt. Lucem ista vidit Londini ann. MDCLXXXV. ac DODWELLVS adiecit GROTII, PETAVII CLOPPENBVRGII commentationes, quarum iam mentionem feci.

* cap. III. §. 21. p. 243.

** *dissertation. IV. iuris ecclesiast. antiqu. p. 277. sq.*

*** historiam certaminis huius enarrant atque illustrent: HERMANN. CONRINGIVS *animaduersionib. in Walsenburgiorum Conringium laudatum et correctum* p. 40. HENRIC. DODWELLVS *praefation. quam Grotii atque alio-*

rum dissertationibus, coniunctim editis et iam memoratis, præmisit: THOM. ITTIGIVS *select. bistor. eccles. capit. sec. II. cap. 4. §. 12. p. 251.* CHRIST. MATTH. PFAPFIVS *dissertat. de consecrat. veterum eucharistica, subiuncta Irenæi fragment. anecdotis §. XXIII. p. 490. et originib. iur. eccles. cap. III. p. 115.* SALOM. DEYLINGIVS *part. III. institut. prudent. pastoral. cap. 5. §. 5 p. 449.* IO. FRANC. BVDDVS *libr. V. institut. theol. dogmat. cap. I. §. 17. p. 1486.* His iungendi sunt: PETR. ZORNIVS *tom. I. opuscul. sacror. p. 734.* ET IVST. HENNING. BOEHMERVS *dissertat. IV. iur. eccles. antiqu. p. 274.*

concesso, mysterium sacrarum epularum consecrandi et distribuendi. Quæ apud EVSEBIVM * relata legimus de puero, eum Serapioni, seni cuidam et in vitima vitæ parte salutaris coenæ maxime cupido, iussu presbyteri, qui per morbum haud adesse potuerit, buccellam, in vino tinctam, exhibuisse atque in illius os infudisse, ea minime probant, laicos iure, de quo iam disputamus, præditos fuisse. Ad sacræ enim coenæ administrationem præcipue consecratio pertinet, ac si quis alteri symbola panis ac vini consecrata tantum exhibet ac tradit, quemadmodum EVSEBIVS de puero narrat, de illo haud potest adfirmari, quod munere, conuiuium sacrum administrandi, perfungatur. Nec iure ad exemplum mulieris prouocari potest, cuius Firmilianus apud CYPRIANVM ** mentionem facit hæcque de ista tradit: *atque illa mulier, quæ prius per præstigias et fallacias dæmonis multa ad deceptionem fidelium moliebatur, inter cetera, quibus plurimos deceperat, etiam hoc frequenter ausa est, vt et inuocatione non contentibili sanctificare se panem et eucharistiam facere, simularet, et sacrificium domino sine sacramento solitæ prædicationis offerret: baptizaret quoque multos, visitata et legitima verba interrogationis vsurpans, vt nil discrepare ab ecclesiastica regula videretur.* Quæ enim verbis his mulier peregisse, traditur, illa non iure, laicis dato; sed licentia, quam ipsa sibi arrogabat, nitebantur.

S. VI.

Nec sequenti ætate apud antiquiores christi cultores laicis permissum fuit, vt panem vinumque consecrarent ac conuiuis porrigerent, cuius rei itidem suppetunt testimonia, ad probandum idonea. In concilio Laodi-

* *libr. vi. histor. eccles. cap. 44.*
P. 246.

** *epistol. LXXV. p. 146.*

Laodiceno, anno christianorum CCLXVII. congregato, canone xxv. hoc factum est decretum: *ὅτι ἔδει ἀπηρέτην ἄρετον δίδοναι, ἐδὲ ποτήριον εὐλογεῖν*, cuius vocem ἀπηρέτης siue interpreteris de diacono; siue cum BALSAMONE, ZONARA atque aliis de subdiacono, merito ex isto conficitur, quod, si diaconi; aut subdiaconi nullam habuerint potestatem, sacram cœnam administrandi; multo minus laicis illa sit concessa. Idem colligitur ex concilii Nicæni canone xviii. vbi expressè dicitur, diaconos *offerendi*; siue consecrandi, *non potestatem habere*. Quamuis enim in quibusdam locis diaconis permissum esset, vt consecrationem peragerent; in aliis tamen iure hoc erant destituti. Præterea, patres concilii, quod anno DCXCI. celebratum et *Trullanum* pariter ac *quini-sextum* adpellatum est, hunc canonem, inter reliquos LVIII. publicarunt: *nemo eorum, qui sunt in ordine laicorum, diuina sibi mysteria imperiat, præsentem episcopo; vel presbytero; vel diacono; qui autem tale quid ausus fuerit, vt præter ea, que sunt constituta, faciens, vna septimana segregetur, ex eo edoctus, non amplius sapere; quam sapere oporteat*. Vbi THEODORVS BALSAMO obseruat, facta esse alia decreta de potestate, epulas sacras administrandi, laicis haud concedenda, ac recte addit, ex eo, quod iam recitavi, minus sequi, vt, quando viri ordinis ecclesiastici essent absentes, laicis illud liceret. * Non est tamen, quod quis testimoniorum, iam memoratorum, vim probandi eam ob causam imminuere, sibi sumat, quoniam illa tantum indicent, quid per ordinem fieri debuerit, hocque nomine ad laicos ac ius, illis extra ordinem datum, minus spectent. Qui enim hoc adfirmare ac tueri vult,

B 3 omni-

* apud GVIL. BEVEREGIVM CASPAR. SVICERVM tom. II.
tom. I. Synodic. p. 225. adde 10. vbesaur. eccles. p. 1135.

omnino probare debet vel per testimonia; vel per exempla fide digna, antiquiore ætate laicis licuisse, eucharistiam consecrare et inter conuiuias distribuere, extra ordinem videlicet, vbi id postulerit necessitas. At vero probatio eiusmodi, iusta satis et firma, haud fieri potest. Quæ HVGGO GROTIUS * ex antiquitatis ecclesiasticæ monumentis protulit, ea ad rem, pro qua pugnat, confirmandam minime valent, quum alia nullam præ se habeant auctoritatem: alia narrantur falsa interpretatione, quemadmodum DIONYSIVS PETAVIVS ** pluribus ostendit. ***

§. VII.

Consuetudines ac sententiæ antiquiorum christi cultorum de laicis, ab administratione sacre cœnæ arceendis, recentiori æuo non penitus ab omnibus christiane professionis hominibus doctoribusque receptæ atque adprobatæ fuerunt. Sunt enim, qui ab istis discendunt atque adfirmant, laicis æque ac clericis permittendum

* *dissertat. de cœnæ administratione, vbi pastores non sunt, tom. iv. oper. theolog. p. 508.*

** *diatrib. de potestat. consecrandi, cap. 111. tom. iv. theologicor. dogmat. p. 209.*

*** iam memoratis auctoribus de argumento hoc deque speciatim potestate, eucharistiam consecrandi, diaconis concessa, addendi sunt: 10. BAPTIST. CO-TELERIVS *not. ad libr. viii. constitut. apostol. cap. 13. tom. i. patr. apostolic. p. 409.* RVDOLPH. HOP-PINIANYVS *part. i. histor. sacrament. libr. ii. cap. i. p. 19.* IACOB. BASNAGIVS *in bistoire de l'eglise*

libr. xiv. cap. 9. §. 8. tom. 11. p. 854. IOSEPH. BINGHAMVS *origin. sue antiquit. ecclesiast. libr. i. cap. 20. §. 8. volum. i. p. 306.* MATTH. LARROUYANVS *histr. de l'eucharist. part. i. cap. 11. p. 224.* 10. IONSONIVS *libro de sacrificio incremento et altari, quem Anglice edidit, sect. iv. cap. 2. p. 315.* GOTTFRIED. ARNOLDVS *in der abbildung der ersten christen libr. ii. cap. 14. p. 351.* ET CHRISTOPH. MATTH. PFAFFIVS *dissertat. de consecrat. veter. eucharistica, quæ trenai fragmentis quædotis addita est, §. xxlii. p. 497.*

dum esse, vt epulas sacras consecrent ac conuiuiis porrigant, siue hoc publice; siue priuatim fiat; pro hac autem opinione pugnant, quia vel ministerii ecclesiastici originem diuinam negant; vel omnem ordinem sacrum penitus tollunt. Errore hoc se implicitos esse, multi ex fanaticorum turba prodiderunt, anabaptista, Weigeliani, Quakeri atque alii, nominatim THOM. TANTO, a theologis Lubecensibus confutatus: * IO. CONRAD. DIPPELIVS, qui prauam sententiam hanc non obscure significauit, his conceptis verbis: *das heutige so genannte nachtmahl des herrn, auch nur nach der eusserlichen dispensation, hat keine verwandnis mehr mit dem nachtmahl der ersten christen, da man nun ein rechtes gertzenmerck vnd spiel daraus gemacht, indem die so genannten geistlichen das vermeinte beiligtbum in geringer doß allein in händen haben vnd die layen es gleichsam anbeten, vnd mauffstill annehmen, welchen alles der ordnung vnd absicht christi zuwider ist;* ** item CHRISTIAN. ANTONIVS ROEMELINGIVS. *** Reliquos tacitus

* in der christlichen probe der neuen schwärmerey, da etliche manns- und weibs-personen eigene kleine zusammenkünste halten, darin nicht allein vberusene männer; sondern auch weiber das beilige abendmal austheilen, qui li-
BERAMENNON. HANNEKENIO litteris consignatus, Lubec. ann. MDCLXIX. in lucem prodit et ab AVGVST. PFEIFFERO ann. MDCXCII. iterum editus est.

** in dem glaubens- bekännnis, artic. IX. quæ confessio extat in eiusdem alius libris, coniunctim

editis; cum hac inscriptione: *eröffneter weg zum frieden mit gott vnd allen creaturen, p. 438.*

*** patet hoc ex libris eius, germanice editis atque inscriptis: *zerstörung Babels von mittenacht vnd morgen, et völlige ausführung aus Babel. Quomodo IO. MERCKERVS, minister ecclesiasticus apud Essendientis in Guesphalia, negauerit, necesse esse, vt quis ad munus sacrum vocetur, hocque nomine non solum cuique, ad alios erudiendos apto, facultatem, in costibus sanctioribus*

tacitus prætereo; fanaticis autem adiungo Socinianos, qui itidem de munere ecclesiastico prave sentiunt, quumque existimant, non esse necesse, ut homines cuidam illud committant, eo quemlibet fungi ac sacramenta administrare posse, concludunt. Expresse hoc docent et ad quæstionem: *nonne ii, qui docent in ecclesia et ordini tuendo et conseruando inuigilant, ut ab aliis mittantur, opus habent?* respondent: *non habent.* * FAVSTVS SOCINVS, quando de ministris ecclesiasticis disputat, inter alia etiam hæc pronuntiat: ** *quid est, cur ab iis requirant, ut sui muneris legitimum auctorem ostendant? Annon cuius christiano homini licet, etiam sine speciali vilo, sibi legitime demandato, munere, caritatem erga proximum exercere?* VALENTINVS SMALCIVS dicit: *** *firmum maneat, quemadmodum aliquis alios docere potest, etiamsi a nemine sit vocatus; aut missus; sic etiam ritus illos sacros administrare eundem posse absque missione, cuius erroneæ sententiæ solida ac recta fit confutatio, si monstratur, ordinem ministrorum ecclesiasticorum esse institutum diuinum atque ad eos iure, quod ipsis a deo datum est, mysteriorum administrationem pertinere.*

§. VIII.

Alii admittunt quidem cœtuum sanctiorum ministros eorumque ordinem ac fatentur, ab illis sacramentum esse dispensandam; putant tamen, ubi isti non

ribus publice docendi; sed etiam omnibus fidelibus ius, sacramenta administrandi, licet nulla adit necessitas, tribuerit, præter ipsa eius scripta, *acta Essendensia* p. 75. monstrant.

* *catechisin. Racouiens. section.*

IX. cap. 2. p. 183.

** *tract. de eccles. tom. I. oper. p. 325.*

*** *disputat. IV. de eccles. contr. Franzium p. 386. cuiusmodi effata etiam OSTRODVS, CRELLIVS, VOLKELIVS et alii Sociniani in scriptis suis habent.*

non ad sint, mysterii huius administrationem a quouis laico, siue sit mas; siue femina, etiam si et nulla illius obuenerit necessitas, suscipi posse. In horum numero sunt Arminiani. HVGGO GROTIUS, * cuius ante mentionem feci, non solum contendit, antiquos christianos, ubi ministri, rite constituti, defuerint, omnibus laicis, sine sexus differentia et ipsius rei necessitate, facultatem dedisse, panem et vinum consecrandi atque inter conuiuas distribuendi; sed etiam morem hunc adprobat. Sequitur illum atque auctoritate eius nititur SIMON EPISCOPIVS; ** ita tamen, ut rem ipsam uerbis ac distinctius enarret. Postquam enim pronuntiauit, absolute necesse non esse, ut cœnæ administratio peragatur ab aliquo ephoro ecclesiæ ac proinde, quia in christo non est mas; nec femina, pariter ab omnibus eam peragi posse, addit: ubi ordo ille obtinet, ut ephorus aliquis administrationem peragat, ordinem istum pacis causa et ordinis reuerentia conseruandum esse: ubi ephorus non adest; aut adest non potest in cœtu publico, licere cuilibet viro, in primis idoneo, administrationem illam peragere: ubi viri nulli conueniunt; sed sole dumtaxat mulieres religiosæ ac piæ; siue fideles, causam non esse, cur eæ docere se inuicem et cœnam domini inter se celebrare non possint. Id quod ut probet, utitur Paulli effato: non est neque iudeus; neque græcus: non est neque seruus; neque liber: non est vel mas; vel femina. Nam vos omnes idem estis in christo iesu, Gal. III, 28. atque ex eo sententiæ suæ argumentum fumit; quod autem plane nihil habet momenti. Apostolus enim minus docet, quid laicis ac feminis in sacris peragendis atque administrandis liceat;

C

sed

* memorata dissertation. de cœnæ administratione, ubi pastores non sunt.

** responsion. ad LXIV. questiones, num. 39. tom. I. oper. part. 2. p. 39.

sed indicat, discrimen gentium atque hominum a christo ita esse sublatum, ut quisque, cuiuscumque sit gentis, sexus, dignitatis, beneficiorum, quorum seruator sit auctor, particeps fieri queat ac pari iure, illa impetrandi, fruatur, quumue speciatim seruorum ac feminarum mentionem facit, videtur, simul animum aduertisse ad morem iudæorum ac hominum superstitionum, apud quos mares ac liberi maiora iura in rebus sacris habebant; quam feminae ac serui. * Subiungit EPISCOPIVS consuetudinem veterum christianorum atque in ista causa suae itidem praesidium se inuenisse, sibi persuadet, his verbis: *sane si priscum et antiquum ecclesiae morem videamus, quem ex Tertulliano et Tertulliani discipulo, Cypriano, aliisque allegauit non ita nuper anonymus quidam scriptor, quem clarissimum Grotium, nunc regni Suae legatum, esse arbitror, dubitare vix licet, quin laicis, etiam quandoque feminis concessum fuerit, vtriusque, tum baptismi; tum sacrae coenae, administrationem peragere. At vero GROTIUM, ad quem EPISCOPIVS prouocat, opinionis suae tuendae causa sine iure antiquitatem ecclesiasticam, veluti firmamentum, aduocasse, iam supra obseruauimus. ***

§. IX.

* pluribus hoc obseruant: 10. BRAVNIVS *libr. III. select. sacrar. cap. I. p. 303.* 10. ALBERT. FARRICIVS *bibliograph. antiqu. cap. IX. p. 294.* SALOM. DEYLINGIVS *part. I. obseru. sacr. p. 183.* IAC. ELSNERVS *tom. II. obseru. sacrar. in noui foederis libros p. 186.* et HENR. SCHARBAV *parergor. philolog. theologic. part. IV. p. 145.*

** plus quoque laicis hac in

re; quam par est, tribuisse videtur HERMANNVS CONRINGIVS, quando ita scribit: *eucbaristiam faciendi, potestatem, omnibus mandata a domino, non tam agnoscenti id ipsum Tertulliano libr. de corona milit. credimus; quam ipsis dominicis verbis, quae a sancto Paulo etiam sunt repetita et sic aptata omnibus christianis, ut facile adpareat, non solum clericis eam facultatem a domino esse factam,*

§. IX.

Sed tamen ad fanaticos, Socinianos atque Armianianos, quos nunc enumerauimus, controuersia de administratione sacrae coenae, a laicis peragenda, proprio iure non spectat. Quum enim eam praecipue ob causam laicis facultatem tribuant, epulas salutare administrandi, quia peruersam opinionem de ministris ecclesiae, eorum origine ac munere, diuinitus praescripto, animis suis comprehenderunt, princeps disceptationis ratio non in hac re; sed in casu necessitatis posita est. De hoc factae sunt dissensiones disputationesque, ab iis quoque, qui de ordine virorum sacrorum deque variis muneris ecclesiastici partibus recte sentiunt, nunc breuiter percensendae. Alii negant, in casu necessitatis epulas sacras a laicis administrari posse, horumque duo sunt genera, si ad causam animum aduertimus, cur in sententiam hanc ingressi fuerint. Qui enim praesulem romanum venerantur, illi, laicos ab administratione epulae salutaris plane arcendos esse, arbitrantur, non modo ob communem rationem, quia sacrae coenae non tanta sit necessitas; quanta baptismi; sed etiam, quae est principalis et illorum propria causa, quia fingunt, sacramentum esse sacrificium, proprie dictum et, quemadmodum ipsi loquuntur, propitiatorium, atque ex eo colligunt, mysterii huius administrationem non ab alio; nisi a sacerdote, rite consecrato, fieri posse. Accedit, quod persuadeant sibi, transubstantiationem, ubi ista effici debeat, singularem vim requirere et ad istam producendam sacerdotem per suam, in consecratione acceptam, virtutem magis aptum esse; quam laicum. Quocirca in concilio illo Lateranensi, quod auctoritate Innocen-

C. 2

nocen-

factam, in animaduersionib. in Wamburcbiorum librum inscriptum: Convingius laudatus et correctus, p. 35.

nocentii III. anno MCCXV. congregatum fuit, ita est sancitum: *et hoc utique sacramentum nemo potest conficere; nisi sacerdos, qui fuerit rite ordinatus secundum clauus ecclesie, quos ipse concessit apostolis et eorum successoribus iesus christus.* * Idem præter alios, contendit ac pro sententia hac disputat ROBERTVS BELLARMINVS. ** Quumque diaconi non sint sacerdotes consecrati, ne eos quidem ad sacra hæc peragenda admittunt prætereaque negant, in cœtibus Lutheranorum ac reformatorum vere sacramentum cœnæ administrari, quia isti careant sacerdotibus, recte constitutis. Cuius paullo ante mentionem feci, BELLARMINVS *** testis est atque enuntiat, *habere aduersarios verum baptismum; sed non verum eucharistiam; nisi forte admodum paucos, eos videlicet, qui adhibent verba et fuerunt in ecclesia ordinati sacerdotes; MARTINVS BECANVS ** autem dicit: *æque certum est, non licere, cum Lutheranis et Calvinistis eucharistiam participare, quia vel ipsi non habent verum sacramentum eucharistie, ex defectu sacerdotum consecrantium; vel, si aliquando habent, quod parum est, profitentur peculiarem errorem circa idem sacramentum.* Verum quum ratio hæc, cur laico minime permittendum sit, vt in conuiuio sacro administratoris partes impleat, aperto errore ac commento de sacrificio missæ, quod et diuina scriptura et antiquitas christiana plane ignorat, nitatur, illam itidem esse falsam,

* apud IO. HARDVINVM tom. VII. concilior. p. 17. et tom. II. delectus actor. ecclesie vniuersalis p. 1295.

** libr. IV. de sacrament. eucharist. cap. 16. Obseruat tamen SAMVEL STRYCKIUS not. ad Brunncmanni ius ecclesiastic. libr. I.

cap. 4. p. 49. inter episcopi romani cultores REGINALDVM, VALENTIAM et AZORIVM secus de hac re sentire.

*** libr. I. de sacramentis in genere cap. 19.

* libr. V. manual. controvers. cap. 8. p. 1551. oper.

falsam, per se manifestum ac certum est. Nec vltim robor in eo inest argumento, quod episcopi romani sectatores a verbis institutionis: *hoc facitote in mei recordationem*, petunt. Ista enim ad omnes christianos spectant, qui edere et bibere, iussi sunt; nec ad solam administrationem; sed ad vsum quoque sacrae cœnæ referri debent, inprimis quum christus dixit: *hoc facitote, quoties bibitis, ad mei memoriam.*

§. X.

Inter nostros theologos plerique itidem putant, haud fas esse, vt a laicis; siue iis, qui ministri ecclesiæ non sint, sacra cœna dispensetur; hoc autem sentiendo, negant tantum, casum esse posse, vbi vsum sacramento huius maxime sit necessarius, quum illud non ad excitandam; sed ad corroborandam fidem in iesum christum spectet; nec sempiternæ salutis adsit periculum, si quis eo haud frui queat. Sententiam hanc LEON. HUTTERVS* ita proponit: *etsi laicus in casu necessitatis baptismum administrare potest; non tamen circa sacramenti eucharistici actionem idem ius ipsi est concessum. Ratio diuersitatis est hæc, quia non eadem est necessitas cœnæ dominicæ, quæ est baptismi, quæ, tanquam lauerum regenerationis, infantibus necessario conferri debet. At vero vel in casu necessitatis; vel in defectu rei elementaris, sine periculo salutis, cœna domini carere possumus. Hic enim locum habet illud Augustini: crede et manducasti. Baptismus confert fidem, sine qua nemo saluari potest: cœna domini fidem non confert; sed iam collatam confirmat et obsignat. Quæ, siue confirmatio; siue obsignatio, in eiusmodi etiam casu necessitatis fieri potest per promissiones euangelicas, vt ex eius defectu nullum sit*

C 3

* loc. communib. theolog. p. 727.

extimescendum salutis periculum. Eadem et alii habent atque adfirmant, IO. GERHARDVS, * FRIDERICVS BALDVINVS, ** ABR. CALOVIUS, *** IO. ERNESTVS GERHARDVS, * qui pronuntiat, opinionem, in casu necessitatis sacram cœnam a laico administrari posse, esse *singularem; nec facile a quopiam trabendam in exemplum*: HENRICVS HOEPFNERVS, ** CASP. ERASM. BROCHMANDVS, *** AVGVST. PFEIFFERVS, * IVSTVS CHRISTOPH. SCHOMERVS, ** ZACHARIAS GRAPIVS, *** IO. FRANC. BVDDERVS * atque alii. ** Horum omnium de eo est consensus, quoniam salutaris cœna tantum ad fidem in christum confirmandam atque obsignan-

* loc. de sacra cœna §. 17.

** libr. 11. de casib. conscient. cap. 12. cas. 5. p. 326.

*** *Systemat. locor. theolog. tom. 11. p. 297. sq.*

* *Augustan. confession. enucleat. p. 211.*

** *isagog. ad salutarem usum cœn. dominic. sect. 11. artic. 1. cap. 4. p. 143.*

*** *Systemat. uniuers. theolog. tom. 11. p. 443.* Alio tamen loco BROCHMANDVS quæstionem: *an ecclesia aut corrupta; aut publicis persecutionibus ita turbata, ut ordinarii ministri, qui verbum dei sincere doceant et sacramenta legitime administrant, haberi non possint, liceat cuique absque peculiari vocatione et solemnibus inaugurationibus, alios publice docere atque sacramenta administrare?* adfirmat atque addit, quod in eiusmodi casu loco ordinariæ vocationis esse et possit et debeat vocationis ad christia-

nismum et *χρησις* diuinitus datum et ad seruendum proximo obligatio, tom. 11. *systemat. theolog. p. 361.*

* *informatior. conscient. eucharistic. part. 1. v. quæstion. 10. p. 223.*

** *disput. 1. de collegiatismo tam orthodoxo; quam heterodoxo. §. 34.*

*** *theolog. recens controu. ab solut. p. 88.*

* *libr. v. institut. theolog. dogmat. cap. 1. §. 13. p. 1485.*

** *indicatis scriptoribus addi possunt: theologi Vitembergenses in appendic. nou. Dedekenni thesaur. consilior. et decision. p. 432. IO. ANDR. QYENSTEDTIUS systemat. theolog. part. III. cap. 6. sect. 1. thes. 5. p. 1184. IO. LVD. HARTMANNVS pastoral. euangelic. libr. III. cap. 37. §. 16. p. 825. HENRICVS SCHARBAV parergor. philolog. theolog. part. 1. p. 154. atque alii.*

obsignandam valeat ac sine illius vsu celestis felicitas sit impetranda, nullum necessitatis casum posse existere, hocque nomine laico plane nullam facultatem tribuendam esse, mysterium sacri conuiuii consecrandi atque aliis porrigendi. Nec defunt inter iuris doctores ac peritos sententiæ huius adprobatores, ex quibus CASPAREM ZIEGLERVM * et NICOL. CHRISTOPH. DE LYNCKER ** nominasse, sufficiat.

§. XI.

Quamuis autem communis fere theologorum nostrorum sententia esse videatur, quod plane nulla sacræ cœnæ administratio a laicis fieri debeat; non pauci tamen ab illis dissentiunt atque adfirmant, omnino casum esse posse, propter quem sit necessè, vt hominibus plebei ordinis ius concedatur, panem ac vinum consecrandi ac conuiuii exhibendi. In his locum habet MARTINVS LVTHERVS, qui quum de christianis, tamquam sacerdotibus, exponit eorumque munera ac iura percenset, illis quoque facultatem, sacra eucharistiæ peragendi, adscribit. Verba eius hæc sunt: *tertium officium est, consecrare; seu ministrare sacrum panem et vinum. Hic vero triumphant ac regnant rosarum ordines: hanc potestatem neque angelis; neque matri virgini concedunt. Sed missis illorum infans, dicimus, et hoc officium esse omnibus commune, perinde atque sacerdotium, idque non nostra; sed christi adserimus auctoritate, dicentis in cœna nouissima: hoc facite in mei commemorationem. Quo verbo etiam rasi papistæ volunt sacerdotes factos et potentiam consecrandi collatam. At hoc*

* iur. canonic. libr. I. tit. 6. §. 3. p. 374.

** dissertation. de eo, quod iustum est circa sacramentum, cap. 11.

§. 2. adde GOTTLIEB. SLEVOG-TIVM in der abhandlung von den rechten der altäre p. 113.

*boc verbum dixit christus omnibus suis presentibus et futuris, qui panem illum ederent et poculum biberent. Quidquid ergo ibi collatum est, omnibus collatum est. Paucis interpositis, memorat, quæ Paullus 1. Corinth. XI. scripsit, atque addit: et hic Paullus ad omnes loquitur Corinthios, omnes faciens tales, qualis iste fuit, consecratores.** Tantum tamen abfuit, vt LUTHERVS ita sentiendo, ordinem ecclesiasticum tolleret, vt pro illo conferuando, præsertim contra anabaptistas, acriter pugnaret, quemadmodum scripta eius, ad nos delata, id abunde et firme comprobant. Eam ob rem recitata illius verba spectant tantum ad eiusmodi ius laicorum, veluti sacerdotum spiritualium, sacram cœnam administrandi, quod non aliter; nisi extra ordinem, in casu necessitatis ac sine confusione vsurpari possêt atque adhiberi, vt non modo heic; sed alibi quoque luculenter satis indicauit. ROBERTVS quidem BELLARMIVS** reprehendit Lutherum, quod docuerit, quemlibet

* Libro de instituendis ministris ecclesie, ad clarissimum senatum Pragensem Bohemæ, quem Lutherus latine anno MDXXIII. 8. Vitemburgæ edidit; PAVLLVS SPERATVS autem in germanicam transtulit linguam atque ita inscriptum: von dem allernützigsten, wie man diener der kirchen wehlen vnd einsetzen soll, itidem Vitemburgæ anno MDXXIV. 4. in lucem emisit. Latine liber hic existat etiam tom. II. Ienens. p. 576. et tom. II. Vitemb. latin. p. 394. Idem argumentum Lutherus in aliis scriptis persequutus est eandemque prodidit sententiam, li-

bro videlicet de captiuitate Babylonica ecclesie: de missa abroganda, eoque, cuius inscriptio est: an den christlichen adel deutsche nation von des christlichen standes besserung. Effata illius hac de re percentent: VITVS LVDOVIC. A SECKENDORF libr. I. histor. Lutheran. §. 72. p. 112. PHIL. IAC. SPENERVS in adpendice testimoniorum libelli de sacerdotio spirituali. p. 93. et IO. VLRIC. SCHWENZELIVS in Luthero, Speneri vorgänger, p. 36. sqq.

** libr. IV. de sacrament. eu-
charist. cap. 16. Quum IO. GER-
HARDVS pro Luthero contra
Bellar-

libet christianum ex baptismo potestatem habere, eucharistiam consecrandi, licet officium adsumere nemo debeat, nisi legitime vocatus, excepto casu necessitatis; sed sententia eius, si rite illa intelligitur, nihil, a veritate alienum, prodit hocque nomine non iusta est vituperatio, quam Bellarminus aduersus istam adhibuit. Nec ea sine iure Luthero adscribitur. Quamuis enim alibi * scribat, patremfamilias in locis, vbi sacra coena non administratur, istam haud priuatim consecrare; nec sibi suisque exhibere posse, et ipse his vtatur verbis: *dies ist meine antwort, daß ihr dem guten herrn vnd freund wollt anzeigen, daß er nicht schuldig sey, solche weise vorzunehmen, sich vnd sein hausvöcklein zu communiciren: auch darzu vnmötzig, weil er dazu nicht berufen; noch befehl bat, vnd ohne das, wo es die tyrannen kirchendiener, so es zuthun, wol schuldig seyn, ihm; noch den seinen nicht reichen wollen, dennoch wol kan in seinen glauben selig werden durchs wort; a se ipso tamen non dissentire videtur. Hæc enim explicari possunt de sacræ coenæ administratione, quæ a laicis quidem; sed sine necessitate, fit, quemadmodum haud obscure ex iis videndum est, quæ Lutherus ita addit: *die weil nun hier keine noth; noch beruf ist, sol man ohne gottes gewissen befehl hic nichts aus andacht vornehmen.**

D

§. XII.

Bellarminum disputat, obseruat quidem, Lutherum loqui de generali quadam aptitudine, quam christiani ad sacramenta respectu infidelium habeant, quod per baptismum in fœdus dei recepti idonei et apti sint ad hoc officium, si scilicet legitime vocentur hancque generalem aptitudinem opponere Lutherum characteri sacerdotali, de quo scholastici et pontificii dispu-

rent; addit tamen ac fatetur, Lutherum agere de casu necessitatis deque eo, quod extra ordinem fieri possit, loc. de sacrament. §. 29.

* in epistola, quam ad Wolfgangum Brauerum, ministrum ecclesiæ Iessensem, ann. MDXXXVI. scripsit. Exstat illa tom. x. oper. Luther. p. 2737. edition. Halens.

§. XII.

Præter LVTHERVUM, alii inter theologos nostros itidem existimarunt, in casu necessitatis, cuiusmodi omnino possit existere, laicis permittendum esse, ut sacra diuini epuli, et consecrando et porrigendo, peragant. Ex illis nominandi sunt: TILEMANNVS HESHVSIVS, * IO. GALVVS ** et MARTIN. CHEMNITIVS, qui quum canonem concilii Tridentini: *** *si quis dixerit, christianos omnes in verbo et omnibus sacramentis administrandi habere potestatem, anathema sit*, diiudicat, illos iure ac merito damnari, profitetur, qui existimant, cuius christiano promiscue, sine singulari vocatione, facultatem tribuendam esse, verbum diuinum interpretandi et sacramenta dispensandi. Sed tamen addit: *casum vero necessitatis ecclesia semper exceptit, ut testatur Hieronymus aduersus Luciferianos et Augustinus ad Fortunatum*. * His addimus IO. CORVINVM ** et GEORGIVM CALIXTVM, *** qui postquam ad quæstionem: quare circa eucharistiæ sacramentum non idem laico liceat necessitatis tempore; quod circa baptismum

* *consil. theolog. quod in FELIC. BIDE MBACHII decad. III. consilior. theolog. p. 115, existat. Contra sententiam eius adnotauit quædam HENR. SCHARBAV parergor. philolog. theolog. part. IV. p. 154.*

** cuius *consilium theolog. itidem habetur apud BIDE MBACHIVM dict. loc. p. 125, vbi etiam p. 131. GVILIELM. BIDE MBACHII iudicium hac de re legendum est; quod tamen a sententia HESHVSII et GALLI discrepat.*

*** *session. VII. de sacramentis*

in genere canon. 10.

* *part. II. examin. concil. Tridentin. loc. I. sect. 9. p. 306.*

** *method. doctrin. de cæn. qu. 9.* Fuit auctor professor academici Erfurtensis. Impugnarunt sententiam illius IO. GERHARDVS *loc. de sacr. cæna §. 17. et IO. ANDR. QVENSTEDTIVS part. III. systemat. theolog. cap. 4. sect. 1. thes. 5. p. 1184.*

*** *disputat de baptismo; sine sacro regenerationis ac renouation. lauacro, edit. Helmst. ann. MDCXLIII. §. 57.*

num illi liceat? ex communi doctorum mente ac sententia hanc dederat responſionem: quia percipiendæ facræ cœnæ non tanta ſit neceſſitas; quanta baptiſmi, hæc ſubiungit: *ſed ponatur caſus. Si fato ſuo proximus quidam ſit et periculo mortis iam expoſitus; nec verbi præco ullus haberi queat; decumbens vero perſuaſum ſibi per errorem mentisque imbecillitatem habeat, cum ſpe æternæ ſalutis capiendæ decedere ſe non poſſe, niſi ultimo illo viatico donatum, fortassis laico licere tum poterit, ſacerdotis munera obire, non quod in rei veritate fundata ſit ægroti perſuaſio; ſed ut homini, errorem ſibi non paſſuro eximi, in animi interim angore poſito et ſine hoc obſequio deſperanter obituro, medicinam caritas chriſtiana faciat. Quod vero manu dextra hic a nobis traditur, nemo ſiniſtra arripiat; nec quiſquam temere ad hoc citra urgentiſſimam neceſſitatem accedere audeat.* Quibus verbis CALIXTVS adcurate ſatis neceſſitatem deſcribit, propter quam laico facultas concedenda ſit, ſacram cœnam adminiſtrandi, ac recte cauſam indicat, cur illi hoc ſit permittendum. Nec ſe a ſententia hac alienum fuiſſe, NICOLAVS HVN-
NIVS prodidit, quum ſcripſit, laicum non facile ad epulas ſalutares diſpenſandas admittendum eſſe; ita autem ſignificauit ſimul, fieri hoc poſſe, ſi neceſſitatis caſus contigerit. *

D 2

§. XIII.

* *epicôm. credendor. cap. xxv. §. 625. p. 330.* Verba eius ſunt: *etliche ſacramenta haben ihre nothwendigkeit, als von der beſchneidung und tauſſe bekandt. Andere ſind nicht ſo nöthig, das oſterlam und abendmal, daß ſich zu vnſer zeit der nothfall mit der tauſſe allein*

zufragen kan; nicht aber mit des herrn abendmal. Darum auf den ſelben die tauſſe zu verrichten, andern zum predigamt nicht verordneten zu laſſig; das abendmal aber zu handeln, nicht leiblichen zu geſtatten. Cum his facili negotio coniungi poſſunt, quæ cap.

XXVII.

§. XIII.

Inprimis memorandus est PHILIPP. IACOB. SPENERS, qui aliquoties sententiam suam hac de re perspicue prodidit ac professus est, quamvis per ordinem sacra coena vna cum baptismo a ministris ecclesiae, rite constitutis, administrari debeat; nec tanta sit necessitas percipiendae coenae, quanta baptismi; fieri tamen posse, ut de eucharistiae usu casus necessitatis oriatur et propter hanc laico facultas tribuenda sit; sacramenti huius administrationem peragendi. Mentem hanc suam ita conceptis verbis expressit: *kein vnberufener soll sich des vnternehmen, einem andern in abwesen des predigers, wie man in solchem nothfall taufen darf, das heilige abendmal zureichen; sondern ihn vielmer auf seinen glauben weisen, darinnen er in dem geist die frucht und die guade, die sonst aus dem heiligen abendmal zu erwarten, genießen kan; ac paucis interiectis: es wäre dann sach, daß an solchem ort, da allerdings kein rechtglaubiger prediger zufinden, ein frommer christ in anfechtungs-stand sich mit der geistlichen niessung, als der gewöhnlichen speise, nicht bloß zufrieden geben könnte; sondern zu stärckung seines glaubens in solcher schwachheit des heiligen sacraments, als einer arzney, bedörffte, da in solchem fall der schwachheit etwas nachzugeben, und wo nicht ander schwere ärgerniß daher zu sorgen ist, daher man es sicherer in der stille thäte, ein anderer frommer christ, gleich wie tauffen; also auch einem solchen bruder aus recht des allgemeinen priesterthums das heilige abendmal*

xxvii. §. 668. p. 421. ita habet: *weil bey dem abendmal nicht ein solcher nothfall ist, wie bey der tauffe, soll man andere personen dazu nicht gebrauchen: dessen amt kein befehl; oder exempel verhan-*

den. Quum enim sacra coenae non tanta est necessitas; quanta baptismi, casus quoque necessitatis, qui de utroque sacramento obuenire possunt, inter se differunt et diuersos gradus habent.

mal reichen möchte. * Alio loco ** argumentum hoc vberius ac distinctius explanat et de sacræ cœnæ administratione, a laicis peragenda, hæc tradit: gleichwohl ist's möglich, daß ein nothfall sich begeben könne: erstlich an einem ort, wo allerdings kein rechtglaubiges ministerium ist: zum andern bey einer angefochtenen person, welche sich in statu tentationis mit der geistlichen nahrung nicht gnugsam trösten mag. Da bricht denn die liebe die ordnung. Postquam porro obseruauerat, *** Heshusium et alios theologos putasse, in quouis singulari casu necessitatis a laico panem ac vinum consecrari ac conuiuui exhiberi posse; nec Lutherum ab opinione hac fuisse alienum, hæc addit: aber ich bekenne, daß ich so weit nimmer geben wolte; sondern bleibe bey meines seligen præceptoris, bern D. Dannhauers, meinung, daß wo man keinen prediger haben kan, in solchem casu necessitatis ein mensch auf die geistliche nahrung des glaubens zumeisen seye, weil er das heilige sacrament nicht haben könne; in iener aber trosts genug finden werde. Diesen einigen casum nahm er aus vnd ich mit ihm, wo einige allerdings an solchen orten wären, wo keine euangelische kirche vnd also ministerium wäre, zum exempel in Italien, Franckreich; oder dergleichen, es wäre aber einer, der nach dem heiligen abendmal sehnlich verlangte, vnd ob er wol von seinen vbrigen freunden auf die geistliche nahrung gewiesen würde, sich damit nicht beruhigen könte; sondern in solche ansehung gerieth, daß ihm das heilige abendmal bloß nothwendig wäre, solcher gedancken vnd daher entstehende angst ihm auch in sothaner tentation nicht be-

D 3

nom-

* in den catechismus-predigten
p. 507.

** in den ersten theolog. beden-

cken, cap. 11. ar. 5. sect. 7. part. 1.
p. 176.

*** ditz. loc. sect. 8. p. 178.

nommen werden könnte, daß alsdann einer seiner mitbrüder, von dem ers verlangte, in solchen fall, wo nun ein wahrhaftiger casus necessitatis wäre, und die ordnung der liebe billig weichen solte, ihn communiciren möge. Ex his luculenter patet, quid de epulis sacris, a laico adminiftrandis, hic magni nominis theologus statuerit. Non vnicus est inter ecclesiae nostrae doctores, qui ita sentiat. Ante eum fuerunt, qui idem adfirmarent: immo laicis plus hac in causa tribuerent, LV-
THERVS videlicet, HESHVSIVS, GALLVS, CHEMNITIVS, CALIXTVS, HYNNIUS, iam a nobis commemorati, DANNAVERVS, cuius ipse SPENERVS mentionem facit. Post illum inter theologos nostros itidem exstiterunt, qui sententiam hanc adprobarent, quemadmodum ex paullo post dicendis patebit. Mirum igitur est, solum SPENERVM a quibusdam * eorum causa, quae de sacra coena, a laico in casu necessitatis adminiftranda, tradidit, erroris eiusque non leuioris insinuatum esse; habuit tamen, qui eum ab aduersariis his atque iniustis illorum adcusationibus merito defenderent. **

§. XIV.

Vt quod paullo ante dictum est, rite comprobetur, post SPENERVM alios theologos ecclesiae nostrae admi-

* a SAMSCHELVIGIO *synops. controuers. sub pietat. praetext. motor.* p. 287. eiusque *supplem.* p. 157. et ERD. NEUMEISTERO in dem kurzen auszug Spenerischer irrbümer p. 190.

** Speneri causam egerunt: HENRIC. LYSIVS *synops. controuersiar.* p. 617. GEORG. AVGVST. RACHOMIVS; siue qui dictum

hoc nomen sibi tribuit, GVSTAV. GEORGIVS ZELTNERVS *synops. logomachiar. vt vulgo vocant, pietisticarum* p. 286. et IO. VLRI-
CVS CHRIST. KOEPPENIVS in der reinen lehre und unschuld Speners: adde ipsum SPENERVM in der aufrichtigen vberstimmung mit der Augspurg. confession p. 263. seq.

administrationem sacræ cœnæ, propter necessitatem a laico peragendam, adprobasse, rei huius testem aduocamus IO. FECHTIVM: * *si tamen*, inquit, *contingeret, ut quis eo casu, ubi pastor plane haberi nequit, in summo vitæ periculo, bono animo, fidem suam confirmandi, causatus, sacramentum ideo institutum esse, ut verbo in infirmitatis casu accederet illudque confirmaret, a quopiam, administrandi sacramenti satis perito, pertinaciter peteret; neque post huius admonitionem quiescere vellet, hunc ego turbati ordinis damnare nolim.* Plane igitur consentit celeberrimus hic vir cum SPENERO atque addit, quamuis casus necessitatis de eucharistia rarissime contingat; se tamen aliter iudicare non posse, si ille eo modo, qui antea sit descriptus, obuenerit. Huic adiungimus IO. ABR. KROMAYERVM, ** qui profitetur, se nunquam a se impetrare potuisse, ut ad sententiam de administratione sacrarum epularum, laicis in casu necessitatis non permittenda, accederet, atque expresse adfirmat, si quis sibi persuadeat, salutem sempiternam sine usu consecrati panis ac vini non esse impetrandam; nec ab hac opinione possit abduci, in casu eiusmodi licere laico, munus ministri ecclesiastici obire. Nec silentio prætermittendus est celeberrimus SALOM. DEYLINGIVS, *** qui ad hanc propositam quæstionem: quid faciendum sit in extremo necessitatis casu et imminente vitæ periculo, ubi exempli gratia laici aliqui vi tempestatis ad barbaros disiecti; vel in carcere conclusi ac eo constituti sint loco, ubi pastor prorsus haberi nequit, et moriturus; vel in statu tentationis positus summo fruendi sacramenti flagret desiderio et in solo verbo

* *instruction. pastoral. cap. xiv. fess. p. 347.*

§. 3. p. 157.

*** *institution. prudent. pastoral.*

** *commentar. in Augustan. con. part. 111. cap. 5. §. 5. p. 449.*

bo ac spiritali fruitione acquiescere nolit? ita respondet: *hoc casu a pio etiam laico, extra ordinem ad hoc munus vel expresse; vel præsumptiue vocato, sacramentum administrari posse, arbitramur.*

§. XV.

Communem cum theologis, iam enumeratis, sententiam de epulo sacro consecrando et conuiuiis exhibendo a laicis in casu summæ necessitatis, multi ex iureconsultorum ordine tuentur, ex quibus tantum commemoramus: IO. SCHILTERVM, * CASPAR. HENRIC. HORNIVM, ** IVSTVM HENNINGIVM BOEHMERVM, *** IO. BALTHASAR. WERNHERVM, * IO. LAVRENT. FLEISCHERVM, ** SAMVEL. FRIDERIC. WILLENBERGIVM. *** Nonnulli eorum non expresse quidem declarant, qualem sententiam de hac re controuersa habeant atque adprobent; ita tamen de ista exponunt, vt minus obscure pateat, eos haud alienos esse ab illorum opinione, qui administrationem sacræ cœnæ, a laicis peragendam, non penitus reiiciunt. Non sine causa suspicari hoc possumus de viris, eruditionis ac meritum laude maxime conspicuis, IO. BRUNNEMANNO, * SAMVEL. STRYCKIO, ** CHRISTIAN. THOMASIO, *** IO.

* *institucion. iur. canonic. libr. 11. tit. 3. §. 2. p. 266.*

** *additament. ad Schilteri instituz. iur. canonic. p. 259.*

*** *iur. ecclesiasticæ. protestant. libr. 111. titul. 41. §. 37. sqq. p. 744. et Schilter. illustrat. p. 225.*

* *princip. iur. eccles. protestant. cap. VII. §. 6. seqq. p. 119.*

** *in der einleitung zum geistl. rechts, libr. 11. cap. 4. §. 25. p. 314.*

*** *de officio ministri ecclesiæ erga condemnatum ad mortem, cap. 14. §. 2. sqq. p. 53.*

* *libr. 1. iur. ecclesiasticæ. cap. 4. §. 7. p. 44.*

** *not. ad Brunnemannum dict. loc. p. 49.*

*** *adnotat. ad Lancelotti institution. iuris canonic. libr. 11. titul. 6. §. 3. p. 751.*

IO. ERNESTO FLOERCKIO. * Inter hos, quem primo loco nominauimus, BRVNNEMANNVS, postquam obseruauit, theologos nostros negare, quod sacra cœna a laicis in casu necessitatis dispensari queat, subiungit: *hoc tamen neminem puto negaturum, si nauis aliqua, in desertam insulam delata, in ingressu dissoluatur, et populus ille christianus nullum haberet ministrum verbi, per quem sacra administrari possint, posse eo casu eum catum ex suo numero eligere personam, cui, docendi et sacramenta administrandi, ius competat, et præmissis precibus, ita ordinare, vt pro persona ecclesiastica haberi debeat; nec opus habeat postea noua ordinatione.* Nam que de uocatione ac ordinatione personarum ecclesiasticarum in iure ecclesiastico infra tradentur, ad hunc casum necessitatis, ubi solo iure naturali persona sacris constituenda, non pertinent. Vbi quidem casum describit, diuersum ab eo, de quo scriptorum sententiæ inter se distant et nunc a nobis disputatur; attamen si id fieri potest, quod BRVNNEMANNVS ac præter eum, alii tradunt, non est causa, cur laicus, quando nulla suppetit facultas, illi munus ecclesiasticum committendi, in summæ necessitatis casu ab administratione sacrarum epularum sit remouendus. Denique non defuerunt, qui mallent aliorum sententias percensere; quam proprium iudicium de re ipsa aperire, vt PAVLLVS TARNOVIUS ** et FRIDEMANN. BECHMANNVS, ***

§. XVI.

Commemoratis diuersis sententiis, præsertim nostrorum theologorum pariter ac iure consultorum, iusta

E

sta

* obseruationib. select. ad Schilzeri institution. iur. canonic. p. 492.

** libr. II. de sacrosanct. ministr. cap. 29. p. 1047.

*** theolog. conscient. p. 224. Per virum magni nominis, cuius meminit cuiusque enarrat sententiam, Spenerum intelligere videtur.

sta tractationis historicae ratio postulat, ut argumenta quoque percenseamus, quibus utraque pars ad opinionem suam corroborandam vitur. Illi, qui negant, quod laico liceat, vniquam sacrae coenae administrationem suscipere, his nituntur rationibus: quia per ordinem sacramenta a ministris ecclesiae, rite constitutis, dispensari debeant, quum isti sint *economii mysteriorum dei*, 1. *Corinth.* IV, 1. idemque finis ministerii sacri; siue reconciliatio hominum cum deo, 2. *Corinth.* V, 19. atque incrementum fidei ac sanctimoniae, *Ephes.* IV, 12. seqq. requirat, *Matth.* XXVIII, 19. 1. *Corinth.* XI, 23. Ac quamuis permittatur, ut extra ordinem laici alios sacro fonte abluant; putant tamen, fieri hoc propter talem necessitatem, qualis de eucharistia, tamquam sacramento, quod ad confirmandam atque obsignandam fidem spectet, haud euenire possit. Si et quis, praesertim moribundus, singulari cupiditate flagret, sacris epulis fruendi; nec minister ecclesiae adfit, obseruant porro, necessitatem hanc oriri ex falsa persuasione, coenam, a christo institutam, aequae necessariam esse, ac baptismum, illamque refutandam ac simul monstrandum esse, quod priuatio sacrae coenae, vbi illa praeter culpam nostram contingat, nobis haud noceat ac deus alia ratione, praesertim per verbum euangelii, fidem in christum corroborare possit. Locum heic habeat AVGVSTINI dictum: *crede et manducasti*. * Summa horum argumentorum princeps est, in sacra coena nullum dari casum necessitatis.

§. XVII.

Qui pro coena domini, a laicis administranda, pugnant, illi iidem varia argumenta ad sententiam suam

* dictum hoc exstat in eius *cap. 6. tom. III. oper. part. 2. p. 354. tractat. XXV. in Ioann. euangel.* edition. Benedict. Antwerp.

fiam probandam confirmandamque adferunt. Ante omnia statuunt, sacrae coenae causa summam euenire posse necessitatem hocque adfirmando, veluti doctrinae suae iaciunt fundamentum. Posito enim hoc argumentum sumunt: I) a *baptismo*, illum in casu necessitatis atque ita extra ordinem a laicis peragi posse, ac concludunt, fas quoque esse, ut propter eandem causam; siue necessitatem, epulae sacrae a laicis administrarentur. Argumentatione hac LUTHERVS ita vtitur, ut ex eo, quod maius est, aliquid minus conficiat, his verbis: *inter baptizandum profertur verbum dei viuificant, quod animas regenerat et a morte ac peccatis redimit, quod est incomparabiliter maius; quam panem et vinum consecrare. Est enim summum illud officium in ecclesia, nempe adnuntiare verbum dei. Itaque et mulieres dum baptizant, legitimo funguntur sacerdotio, idque non priuato opere; sed publico et ecclesiastico ministerio, quod ad solum sacerdotem pertinet; item: si id, quod maius est, collatum est omnibus, nempe verbum et baptizatus, non negatum esse, quoque recte dicetur, id, quod minus est, nempe consecrare, etiamsi deesset scripturae auctoritas.* * Nituntur quoque II) auctoritate nostrorum *librorum symbolicorum*, in quibus ** haec verba habeantur: *in casu necessitatis absoluit etiam laicus et fit minister ac pastor alterius, sicut narrat Augustinus historiam de duobus christianis in nau, quorum alter baptizauerit catechumenum et is baptizatus deinde absoluerit alterum,* *** ita expressa, ut argumentum non

E 2

minoris

* libro de instituendis ministris ecclesiae, tom. II. oper. latin. Luther. Vitemb. p. 395. seq.

** tractat. de potestate et primat. pope, qui additus est articulis

Smolcaldicis, p. 373.

*** quando SPENERVS testimonium huius mentionem facit, de isto, ** praeter alia, haec obseruat: *es wird auch ohne stelle aus Augustino*

minoris momenti suppeditent. Ex illis enim omnino sequatur, ut laicus, qui in casu necessitatis, quum nullus minister ecclesiae adsit, alteri veniam peccatorum post confessionem illorum adnuntiari possit, etiam habeat ius, eidem mysteria, quibus fides in christum et reconciliatio cum deo firmatur, praebendi.

§. XVIII.

Præterea persuadent sibi, se sententiae suae habere praesidium: III) in sacerdotio, quod christi sectatoribus in scripturis divinis adscribitur. Satis notum ac perspicuum est, christianos sacerdotes adpellari, 1. Petr. II, 9. apocal. 1, 5. 6. v, 10. deque dignitate hac etiam veteres ecclesiasticos scriptores testari, praesertim IUSTINUM martyrem, qui hoc effatum, egregium omnino ac luculentum, nobis reliquit: * αρχιερατικὸν τὸ ἀληθινὸν γένος ἔσμεν τῶ θεῷ, ὡς καὶ αὐτὸς ὁ θεὸς μαρτυρεῖ, εἰπὼν, ὅτι ἐν παντὶ τόπῳ ἐν τοῖς ἔθνεσι θυσίας εὐαρέστους αὐτῷ καὶ καθαρὰς προσφέροντες. ἃ δέχεται δὲ παρὰ ἑθνεῶν θυσίας, ὁ θεός,

stino angeführet, von der merckwürdig, daß durch sonderbare regierung gottes dieselbe in das ius canonicum gesetzt worden. Ich wenne es billig eine sonderbare regierung gottes, indem selbe ihesus nicht wenig schaden dem pabstum und sonderlich der übermäßigen prerogatiu des clerici, an dem aller anderer seligkeit fast einzig hangen solle, thun: ia gleichsam eine grund-seule ihres gebäudes ubern haufen werfen kan, in den ersten theologischen bedencken, part. 1. p. 84. In iure canonico existant, quae in articulis Smalcaldicis ex AVGVSTINO narrantur,

c. 36. d. consecrat. d. 4. adde celeberrimum IUSTVM HENNINGIVM BOEHMERVM iur. ecclesiast. protestant. libr. III. tit. 41. §. 39. p. 745.

* dialog. cum Tryphone iudeo p. 339. edition. IEBB. CLEMENS Alexandrinus dicit: μόνος οἱ καθαρὸς βιώντες ἱερεῖς ὄντως τῷ θεῷ, suli ii, qui puram agunt vitam, vere sunt dei sacerdotes, libr. IV. Stromat. p. 635. edit. PORTERL. Testimonia ORIGENIS, AVGVSTINI, CHRYSOSTOMI, LEONIS magni atque aliorum consulto praeterimus ac missa facimus.

ὁ Θεὸς, εἰ μὴ διὰ τῶν ἱερέων αὐτῶ. πάντας ἔν δι διὰ τῶ
 ὀνόματος τῆς θυσίας, ἃς παρέδωκεν ἡσῆς ὁ χριστὸς γί-
 νεσθαι, τρέσιν ἐπὶ τῇ εὐχαριστίᾳ τῶ ἄρτου καὶ τῶ ποτηρίου,
 τὰς ἐν παντὶ τόπῳ τῆς γῆς γινόμενας ὑπὸ τῶν χριστιανῶν,
 προλαβὼν ὁ Θεὸς, μαρτυρεῖ εὐαρέστος ὑπάρχειν αὐτῶ,
vere sacerdotale genus dei sumus, prout et deus ipsa testatur,
perbibens, ubique gentium victimas sibi placitas et mundas offerri.
A nemine sane deus hostias accipit; nisi a sacerdotibus suis. Vniuersos igitur, qui per nomen
 istius sacrificia offerunt, quæ iesus christus fieri tradidit,
 hoc est, in eucharistia panis et calicis, quæ in loco omni
 a christianis fiunt, præuertens deus, gratos sibi esse, testi-
 ficatur. Ex eo colligitur, si laicus habeat ius et facul-
 tatem, ea peragendi, quæ sacerdotis spiritualis munus
 sibi vindicet, vt videlicet sacrificia faciat: verbum dei
 adnuntiet: oret atque aliis optima ac salutaria quæuis
 preceur, illum quoque in casu necessitatis epulum sac-
 rum parare: panem et vinum consecrare ac conuiuiis
 præbere posse. Quæ enim ad spirituale sacerdotium
 pertineant: quæ fieri ac præstari debeant, vbi quis isto
 rite perfungi velit, illa sacræ cœnæ administratione,
 sint grauiora atque illustriora. Argumentatio ergo ite-
 rum adhibetur, per quam ex re quadam maiore ali-
 quid minus concluditur. Vt illa est LUTHERVS, qui
 vti de sacerdotio spirituali diligenter exposuit illudque
 christianis merito vindicauit; ita ex eo sumit argu-
 mentum pro sacra cœna, a laico dispensanda. * Se-
 quitur est eum TILMANN. HESVSIVS hocque iti-
 dem ex sacerdotio, christianorum proprio, voluit pro-
 bare his verbis: ** *daber auch ein glaubiger christ, der*

E 3

der

* non solum libro, antea me-
 morato, de instituendis ministris
 ecclesie; sed etiam in postillis at-
 que aliis scriptis, quorum itidem

iam mentionem fecimus.

** apud BIDEBACHIVM
 diæt. loc. p. 386.

den heiligen geist empfangen hat, die hohe priesterliche werck, die höher sind, denn die administrirung der sacramente, macht hat, zu verrichten, als da ist dem ewigen gott täglich opfern: seinen nahmen rühmen und loben: das creutz in gedult tragen: die luste des fleisches tödten, ceter.

§. XIX.

Argumentis iam enarratis, ad maiorem sententiae suae confirmationem, addunt alia ac prouocant: IV) ad exempla veterum christianorum, quum arbitrantur, apud illos laicis licuisse, mysterium corporis ac sanguinis christi conficere, hancque in rem ex antiquitatis ecclesiasticae monumentis varia testimonia atque exempla adferunt. Tempore enim apostolorum patresfamilias, non tamquam sacerdotes; sed veluti principes familiarum coenas parasse: panis ac vini peregrisse consecrationem atque vtrumque conuiuii dedisse, adseuerant idque monstrare volunt ex *actor*. II, 46. vbi de christianis refertur, quod conuenerint κλώντες τε καὶ ἄρον ἄρον, atque obseruant, epulas has tam frequentes fuisse, vt non semper vnus ex apostolorum; aut presbyterorum numero illis potuerit interesse. Idem ex Pauli verbis patere, credunt, quando, ad Corinthios scribat: τὸ ποτήριον τῆς εὐλογίας, ὃ εὐλογεῖται, item: τὸν ἄρον, ὃν κλώνται, ceter. i. *Corinth*. X, 16. atque vtatur numero multitudinis, tamquam perspicuo indicio, hæc non spectare ad solos ordinis sacri viros, quia alias dixisset; cui benedicunt apostoli; aut presbyteri: quem frangunt sacerdotes; sed ad omnes christianos. Post apostolorum æuum idem more receptum antiquiores christi cultores habuisse ac laicis itidem permisisse, vt administrationem coenae salutaris peregerint, præsertim eo tempore, quo christiani ob sanctissimam suam religionem crudeliter sunt vexati, Tertulliani, cuius locum supra

supra recitauimus, atque aliorum scriptorum auctoritate constare, putant. Inter alia profertur exemplum Frumentii laici, qui, quum ad Indos interiores; siue vt nonnulli interpretantur, ad Aethiopes, venisset, auctor fuerit illis, quos ad christi disciplinam traduxerit, vt, teste THEODORETO, * *eo more, quo sub romano imperio fieri solet, et conuenirent et sacra celebrarent*, quamuis ætate ista nec episcopum; nec presbyterum haberent et ipse Frumentius, postquam Alexandriam reuertetur, ab Athanasio incitatus, ad Indos redierit et primus apud illos antistitis munere sit perfunctus. Canonem præterea concilii Trullani, iam supra a nobis memoratum: *nemo eorum, qui sunt in ordine laicorum, diuina sibi mysteria impertiat, præsentem episcopo; vel presbytero; vel diacono; qui autem tale quid ausus fuerit, vt præter ea, quæ sunt constituta, faciens, vna septimana segregetur*, ** ad opinionem suam stabiliendam trahunt. Existimant enim, decreti huius auctores, quum voluerint, vt laici præsentem episcopo; vel presbytero; vel diacono sibi ipsi mysterium corporis ac sanguinis christi haud præbeant, simul indicasse, quod hoc ipsis liceat, vbi viri ordinis sacri sint absentes. ***

§. XX.

* *libr. I. hist. eccl. cap. 23.*** *canon. LVIII.**** præter HYGON. GROTIUM *Dissertat. de cane administratione, vbi pastores non sunt, morem hunc antiquis christianis tribuunt:* PHILIPP. IACOB. HARTMANVS *commentar. de rebus gestis christiani sub apostol. p. 451.* GOTTFRIED. ARNOLDVS *in der abbildung der ersten christ. n. libr. II. cap. 15. §. 2. p. 352.* 10. SCHILTE-RVS *institut. iur. canonic. libr. II. tit. 3. §. 2. p. 266.* IVST. BENNING. BOEHMERVS *dissertat. IV. iuris ecclesiast. antiqu. §. 22. p. 268.* 10. BALTHAS. WERNHERVS *princip. iur. eccl. protestant. cap. VII. §. 8. p. 121.* CHRIST. THOMASIVS *not. ad Lancelotti institution. iur. canonic. libr. II. tit. 6. §. 3. p. 751. atque alii.* Sed repugnant, quæ supra a nobis obseruata sunt.

§. XX.

Denique putant, argumentum præbere: V) *ius singulorum*, hocque ita interpretantur: omnibus christianis; aut sociis cœtus sanctioris fas esse, vt sacra peragant, antequam administratio illorum cuidam committatur; quo autem facto, ius hoc tantum ad ministros, rebus sacris rite præfectos, pertinere, cum propter diuinam ipsius ministerii huius originem; tum ob ordinem, cuius deus itidem sit auctor, conseruandum. Sed quando nulli adsint ministri ecclesiastici ac casus obueniat necessitatis, quemuis in societate christiana pristinum ius recipere ac vindicare sibi facultatem posse, sacras quoque epulas administrandi. Breuiter hanc rem tradit IO. SCHILTERVS * et his verbis effert: *atque hoc regulariter: ceterum in necessitatis casu etiam in singulis potestas ecclesiæ pro re nata sese exserit; vberius autem ac distinctius eam IVSTVS HENNINGIVS BOEHMERVS ** ita edisserit: manifestum est, deficientibus pastoribus ordinariis, in singulis libertatem reuiuiscere, quam a saluatore acceperunt. Hæc in singulis, antequam quibusdam officium sacrorum peragendorum committitur, adest: eadem deponitur, constituto ministerio: reuiuiscit denique, deficientibus per publicam calamitatem pastoribus animæ. Idem argumentum persequitur IO. BALTHAS. WERNHERVS *** et ad quæstionem de administratione sacræ cœnæ hoc modo transfert: *quam ob rem, originarie quidem omnibus christianis fas est, hæc sacra celebrare; sed, quoniam ecclesia est corpus, quod vel maxime bonus ordo, cuius deus auctor est, decet, hinc administratio sacræ eucharistiæ iis solis relinquitur, quibus cura**

* *libr. 1. instit. iur. canon. tit. 3. tit. 41. §. 38. p. 745.*

§. 16. p. 34.

*** *princip. iur. eccles. protestant.*** *iur. eccles. protestant. libr. 111. cap. v 11. §. 9. p. 121.*

cura et directio actuum sacrorum ab ecclesia, per legitimam vocationem, demandata est. Vbi tamen semper, sicuti in aliis negotiis, casus necessitatis exceptus esse intelligitur, quo existente, in singulis membris potestas, sacram cœnam administrandi, veluti reuiuiscit et parum cum efficacia in actum deducitur, atque si minister ordinatus id munus obiret.

§. XXI.

Cum his, nunc enarratis, congruunt, quæ LVTHERVUS * ita enuntiat: *verum hæc communio iuris cogit, ut vnus; aut quotquot placuerint communitati, eligantur; vel acceptentur, qui vice et nomine omnium, qui idem iuris habent, exsequatur officia ista publice, ne turpis sit confusio in populo dei et Babylon quædam fiat in ecclesia; sed omnia secundum ordinem fiant, ut apostolus docuit. Aliud enim est, ius publice exsequi; aliud iure in necessitate uti: publice exsequi, non licet; nisi consensu vniuersitatis; seu ecclesiæ: in necessitate utatur, quicumque voluerit.* Agit de iure, res sacras atque ecclesiasticas peragendi, illudque, vbi id in se spectatur, omnibus christianis commune esse, pronuntiat; vsum autem eius in publicum ac priuatum diuidit. Ille; siue publicus, nitatur voluntate ac consensu ipsius societatis sanctioris ac pertineat ad solos ecclesiæ ministros; hic vero, qui priuatim et extra ordinem fiat, locum habeat in casu necessitatis ac institui possit a singulis christianis iisque laicis. Effatum hoc LVTHERI laudat PHILIPP. IACOB. SPENERVS; ** nec causâ est, cur quis illud improbare ac reicere velit. Ratio enim eius in ipsa natura atque indole ecclesiæ continetur, cui, tamquam sponsæ, quam deus bonorum spiritualium administrationem commiserit, inde quoque illa habet facultatem, ministros

F

stros

* de instituend. ministr. eccles.
tom. II. Viremb. latin. p. 398.

** in den ersten theologischen
bedencken part. I. p. 85.

fros sacros constituendi, et cum reliquis societatibus; aut collegiis pari iure fruitur. Quodsi ergo quibusdam munus ecclesiasticum traditum est, ab illis res sacræ per ordinem ac publice peraguntur; si autem huiusmodi ministri desunt, ius, bona gratiæ diuinæ administrandi, quod penes ipsum cœtum christianum ac singulos eius socios est, et potest et debet vsurpari hocque in necessitatis casu contingit. Verum enim vero, quamuis ius singulorum satis sit firmum; existimamus tamen, illud pro salutari cœna, a laicis administranda, nec princeps; nec adcuratum argumentum præbere. Fieri quippe potest, vt in cœtu christiano adsint ministri, qui munus, res sacras curandi ac peragendi, obeunt, et nihilominus casus summæ necessitatis eueniat, quemadmodum ex paulo post dicendis patebit.

§. XXII.

Quæ adhuc a nobis proposita sunt, ea præcipue argumenti, in quo explanando versamur, historiam exhibent. Parte igitur hac dissertationis ad finem perducta, ordinis ratio postulat, vt ad illam accedamus, qua res ipsa explicanda ac diiudicanda est. *Quæstio ipsa: num sacra cœna a laicis administrari possit?* perspicuis verbis expressa est. Spectat illa ad laicos; siue eos, qui in cœtu sanctiori ordinem audientium constituunt et a ministris sacris doctoribusque distinguuntur. De illis vbi disputatur: num panem et vinum consecrare atque in epulo diuino aliis tradere possint; nec ne? non intelliguntur, qui antea fuerunt laici et nunc statum suum immutarunt; sed qui adhuc, quem iam sacram cœnam administrare debent, ad laicorum ordinem pertinent, quemadmodum hoc ZACHAR. GRAPVVS* recte monet dicitque: *prænotamus nos, sermonem esse*

* theolog. recens controu. absolut. p. 86.

esse de laico, non specificatiue tali, qui laicus fuit; sed reductiue tali, quatenus est laicus et speciali quadam vocatione destitutus. Quando enim laici, postquam per tempestatem; aut alium casum in locum delati sunt, vbi nullum verbi diuini ministrum habere possunt, communi suffragio quemdam ex numero suo ad id eligunt, vt publice doceat et sacramenta administret, fieri id omnino potest, licet nec vocationis; nec consecrationis præscripti receptique ritus seruentur; si autem is, qui hac ratione rebus sacris præfectus est, munus ipsum suscipit atque inter alias illius partes mysterium corporis ac sanguinis christi conuiuii præbet, hoc non vt laicus; sed tamquam minister ecclesiasticus peragit. Differentiam hanc non magni esse momenti, existimat IO. BALTHAS. WERNHERVS * et postquam obseruauerat, multos statuere, quod talis minister non in laicorum; sed clericorum numero haberi debeat, addit; *vt alias in verbis faciles esse oportet; ita etiam hic nihil refert, vtrum laicum, intuitu huius actus, clericum appellamus; nec ne. Satis est, quod in tali necessitatis casu sacramentam valide administret et sic laicus etiam minister et pastor alterius fiat.* At vero quod commemorari, discrimen minime negligendum; aut contemnendum est. Quæstio controuersa, de qua iam disputamus, præcipue spectat ad laicum eumque talem, qui quum sacramentam administrare vult; aut potest, omnino in laicorum numero est. Desiit tamen esse laicus, quando reliquorum suffragiis ad munus ecclesiasticum admotus atque ita in clericorum ordinem adscriptus fuit.

§. XXIII.

Quod ad ipsam sacre cœnæ *administrationem* adinet, non intelligitur illa, quæ *publice et per ordinem*

F 2

fieri

* princip. iur. eccles. protestant. cap. VII. §. 17. p. 127.

fieri solet. Huius enim peragenda ius ad solos ministros ecclesiae, rite constitutos, pertinet, quod munus; ipsis traditum, abunde ac luculenter probat, siue ad originem; siue ad finem atque indolem illius animum velimus aduertere. Quum enim omnem piam operam cogitationemque ad id referre debent, vt homines in pristinam dei gratiam restituantur atque in ista semper permaneant, pro hoc sine instructi sunt facultate, omnia ea, quae ad illum impetrandum necessaria sunt, adhibendi, id est, in conuentibus publicis docendi ac sacramenta administrandi. Verbum quippe ac mysteria; siue sacramenta, sunt illa subsidia, quibus deus vitur nosque fide in iesum christum instruit; ita autem ad salutem sempiternam consequendam aptos reddit. Idem expressis scripturarum diuinarum testimoniis confirmatur. Seruator legatos suos iussit, *omnes gentes docere ac baptizare*, Matth. xxviii, 19. hoc autem mandatum etiam ad successores illorum spectare, cum ex ministerii ecclesiastici conditione; tum ex verbis christi, statim additis: *ego vobis adfuturus sum perpetuo, vsque ad finem seculi*, satis perspicue cognoscendum est. Ac quamuis christus baptismi tantum mentionem faciat, quia praecipue indicare volebat, quid ab apostolis curandum atque agendum sit cum hominibus, verorum sacrorum expertibus nuncque ad salutarem doctrinam ac disciplinam traducendis; ex eo tamen haud sequitur, vt haud iussi fuerint, sacram coenam administrare. Id, quod huic contrarium est, non solum ex ipsa re; sed etiam ex apostolorum factis adparet. Illos enim panem et vinum consecrassè ac conuiuis dedissè, ex sacris pariter atque ecclesiasticis monumentis scimus, act. 11, 41. 46. xx, 7. II. I. *Corinth.* x, 16. XI, 22. seqq. Eam ob causam ministri ecclesiae adpellantur *δικονόμοι μυστηρίων θεῶν*, I. *Corinth.* 1v, 1. per *mysteria* autem *dei* recte intelliguntur

tur doctrina euangelica ac sacramenta. Quæ aduersarii adferunt, eo consilio, vt veritatem hanc labefacerent et potestatem laicis vindicent, sacra cœnæ promiscue, sine necessitatis quoque casu, peragendi, nullum plane habent momentum ad rem probandam: iam dudum quoque a *theologis Lubecensibus*, * IVST. CHRISTOPHOR. SCHOMERO, ** ZACHAR. GRAPIO *** atque aliis feliciter confutata.

§. XXIV.

Nec de eiusmodi *privato* sacrae cœnæ vsu iam disputatur, qui sine necessitate instituitur. Vbi enim nullus necessitatis casus existit, haud permittendum est, vt cuidam sanctiores epulæ in ædibus priuatis; aut in sacrario templi separatim ac præter tempus, sacris his destinatum, porrigantur. Ex causis, cur ita sentiamus, has, satis graues, memorasse sufficiat: I) qui sibi sacrum cibum sacrumque potum priuatim dari, nulla necessitate coacti, volunt, illorum cupiditas non ex bona ac per fidem purgata; sed ex corrupta mente speciatimque ex prauo studio vel honoris; vel commoditatis ac, quæ deo haud placent, aliarum rerum manat ac prodit, non adesse talem animum, qualem rectus cœnæ huius vsus requirit: * II) quia priuati eiusmodi

F 3

con-

* libro, iam supra indicato atque inscripto: *christliche probe der neuen schwärmerey.*

** disputat. i. de collegiatissimo tam orthodoxo; quam heterodoxo §. 35.

*** theolog. recens controu. ab solut. p. 88. seqq.

* recte dicit IVST. HENNIGIVS BOEHMERVS libr. III. iur. ecclesiast. protestant. tit. 51.

§. 62. p. 766. vt plurimum causa priuata communionis in quadam ambitione querenda, quæ impellit honestiores, ne publica communione cum ceteris vtantur. Non absolute priuatam communionem reprobendam esse, cenſeo, si iusta adſeſſe causa; aſt vt plurimum hec deſeſſe et in ſola conſuetudine, qua honeſtiores ſeſe tuentur et in priuata communionem gloriam captant, plebi publica

conuiuæ aliquid suscipiunt, ex quo alii sanctioris cœtus focii multum offensionis habere possunt; pro christi autem disciplina hoc summopere deuitandum est, *Matth. XVIII, 7. Luc. XVII, 1. Rom. XIV, 13. 2. Corinth. VI, 3. 1. Ioann. II, 10.* * III) quia sacramentum cœnæ cum doctrina euangelica arctissimo vinculo, tamquam sigillum, coniunctum est; quemadmodum autem hæc in conuentibus publicis traditur ac coniunctim cum aliis christianæ professionis hominibus auditur; ita etiam administratio atque vsus sacri epuli publice fieri debet: ** IV) quia cœna hæc merito vocatur *κοινωνία, communio*; quum autem nominis huius ratio continetur non modo in coniunctione christi cum veris suis cultoribus; sed in communiōe quoque inter conuiuas stabilienda, hanc spernunt illi, qui sine necessitate a publico epuli salutaris vsu se abstinēt: *** V) quod Paulus prauam hanc con-

publica relicta, contraria praxis queritur. Neque enim, deposita ambitione; vel commoditate delicata, inordinatus quidam ordo in publica communiōe deprehenditur, ob quem ab ea abstinendum sit. Ad minimum separatio honestiorum a cœtu reliquo non leuem contentum eius arguit.

* ob hanc quoque causam LVTHERVS priuatum sacre cœnæ vsum improbat, his verbis: es wird ein gros erzernis machen, also in den heusern das sacrament hin und wieder zureichen, vnd doch die lange kein gut ende nehmen vnd eitel spaltung vnd setzen sich erheben. Die ersten christen haben nicht das sacrament also in sonderheit in heusern gebraucht;

sondern sind zusammen kommen, in epist. ad Wolfgang. Brauerum anno MDXXXVI. scripta, tom. x. oper. Luther. p. 277. edit. Halensf.

** PHILIPPVS MELANCTHON egregie scribit: certe cœna domini instituta est, ut sit veruus publici ministerii, publica congregationis et publicæ confessionis, part. II. consilior. sue iudicior. theologic. p. 146.

*** argumento hoc LVTHERVS etiam vsus est, his verbis: iniuria misse est, priuatim esse, quum nomen eius sit synaxis ac communiō christique ac Paulli institutio pro verbi adnuntiatione, id est, sui memoria frequentari in publico et eollecta ecclesia haberi, iubeat, tom. I. epistol. num. 249. p. 362.

consuetudinem non obscure improbat, quando vult, vt in sanctioribus cœtibus omnia peragantur: *πρὸς ἑμὸν μὲν, ἐν συγχρημένῳ καὶ κατὰ τάξιν*, 1. *Corinth. XIV, 26. 40.* Accedit, quod VI) priuatus sacre cœnæ vsus, sine necessitate permittus et susceptus, non modo a moribus veterum christianorum sit alienus; sed etiam iis repugnet, quæ hac de re in libris nostris symbolicis habentur. Ibi enim dicitur: * *non etiam recte facit is, qui sacramentum, proprium ecclesie, extra ecclesie communionem, sine verbo dei, ex propria quadam deuotione et adfectione usurpare vult*; et alio loco: ** *ad huius sacramenti administrationem requiritur, vt in conuentu aliquo priorum hominum panis et vinum benedictione consecrentur, dispensentur, sumantur, hoc est, edantur et bibantur et mors domini adnuntietur.*

§. XXV.

Priuatus eiusmodi sanctissimarum epularum vsus merito in publicis principum edictis *** vetitus ac multis theolo-

* *part. II. artic. Smalcaldic. art. 2. p. 307.*

** *solid. declarat. formul. concord. artic. VII. p. 749.*

*** *serenissimus Princeps, ERNESTVS AVGVSTVS, dominus holler clementissimus, anno MDCCXXXI. sapienter hæc sancituit: nach dem bishero gar sehr wahrgenommen worden, daß das ubendmal des heyn, welches als ein liebesmal mit wahrer busse vnd glauben, in christlicher demuth mit zerknirschten geist genossen werden soll, von vielen aus einm cillen, an sich straffbaren; bey dieser beiligen handlung aber gewis*

verdammlichen ebrgeitz vnd rangbegierde, ohne die seelengefahr, die aus einer mit solchen sündlichen regungen vermischten vnd nichin obnselbar vnwürdig beschebenden empfabung dieses hochwürdigen sacraments entsetzet, zu betrachten, priuatim, in den häusern vnd sacrisseyn, genommen worden; so wollen wir nun, diesen verderblichen mißbrauch zu steuren, daß künftigt niemand, als der mit schwachheit beladen, auch selbst vnserer hobe vnd niedere bediente nicht ausgenommen, ohne vnserer specielle permission, die heilige communion priuatim genossen; sondern ieder-

theologorum nostrorum libris commentationibus que improbatum fuit. Scripserunt contra istum: IO. DIECMANNVS, * ALB. IOACHIM. DE KRACKEWITZ, ** ERNEST. SALOM. CYPRIANVS, *** IO. ELIAS VLI-CHIVS, * IO. FRIDERIC. MENCKENIVS, ** IO. IACOB. RAM-

man zu erweckung mehrerer andacht, nach dem exempel der ersten kirche, öffentlich vnd ohne einige zadelhafte absicht, auf zeitliche ehre; oder rang, mit der christlichen gemeinde zum altar des herrn sich nahen, vnd das heilige sacrament seines leibes vnd blutes empfangen solle, in der Verordnung wegen künfftiger einrichtung des öffentlichen gottesdienstes, §. vi. eademque postea grauitur confirmavit atque anno MDCCXXXII. lege, hanc in rem iterum lata, mandauit: daß hinführo die communion bey hofe alle 14. tage vnd zwar jedesmahl des sonntags vor anfang des vormittägigen gottesdienstes zwischen 8. vnd 9. vbr öffentlich vnd ohne absicht auf eitelen rang gehalten, niemanden aber ausser denen schwangern weibs- vnd andern mit notorischer schwachheit beladenen personen, für das künfftige die priuat- communion verstatet, vnd so viel den vorgang betrifft, derselbe dabey weder beobachtet werden; noch auch durch den nachgang jemanden an der ihme sonst competirenden befugniß, einig nachtheil zu wachsen solle. Edicta eiusmodi multi alii principes promulgarunt, quæ percensentur

a celeberrimis viris: IO. DIECMANNO in den deutschen schriften part. I. p. 760. IO. IACOB. RAMBACHIO in dem hessischen bebopfer, part. V. p. 596. et GVILLIELMO ERNEST. BARTHOLOMAEI act. historic. ecclesiast. volum. III. p. 890. volum. VI. p. 548. et volum. IX. p. 557.

* in dem entwurf vnuorgeistlicher gedanken vber vier den gebrauch der priuat- communion betreffende gewissensfragen, quod scriptum non solum prodit separatim MDCLXXXI. et MDCCXXIV. cum praefatione IO. GEORG. IOCHII; sed etiam in eiusdem deutscher schriften partem I. p. 729. translatum fuit.

** cuius extat: bedencken vber die frage: ob man nicht ausser dem nothfall mit gutem gewissen priuatim das heilige abendmal austheilen vnd empfangen könne, MDCCIX.

*** in dem kurzen bericht von kirchenordnungen, MDCCXIII.

* qui edidit: bedencken, was von der priuat- communion zu halten, cum praefatione CASP. LOESCHERI, ann. MDCCV.

** in dem christlichen entricht von der priuat- communion, cuius editio secunda ann. MDCCXXXIV.

RAMBACHIVS * ac plures alii. ** Inter quos quum etiam PHILIPPVS IACOB. SPENERVS locum suum habet, præter reliqua, et hæc eius verba, scripta præsertim ministrorum ecclesiasticorum causâ, digna sunt, quæ legantur: *meine meynung anlangt, weil ich zum grunde setze, daß alles in der kirchen solle ebrlich vnd ordentlich bergehen, auch die communicanten sich zu solchen beiligen werck also anschicken, daß man an ihnen auch keinen schein hochmuths; oder verachtung anderer sehen möge, so halte ich diesen gebrauch der besondern communionen vor einen misstand unserer kirchen, da wir deshalber aller orten vns sonderlich dem anfang einer solchen vordnung sorgfältig zu widersetzen, vnd als lang es müglich ist, zurück zu halten; ia auch wo es einmal eingerissen, nach*

G

xxxiv. lucem vidie cuiusque etiam vindicias auctor scripsit.

* in dem bestseben heb - offer part. v. p. 563. et 584.

** memoratis scriptis adiungi possunt: IO. PASCHII vnordentliche kirchenordnung nit der priuat-communion, MDCCLII. ERNESTI HERMANNI sbriftmäßige gedanken vber die priuat-communion, MDCCVI. NICOL. HAASII denckzetel, warum die priuat-communion gesunder leute nicht zu billigen: GOTTFR. BALTHAS. SCHARFFII eröffnetes buch des gewissens vber die frage: ob vornehmne ständt - personen euangelischer religion, ausser dem nothfall, nit vnuerletzten gewissen das beilige abendmal allein zu besonderer

zeit vnd an besondern orte nehmen können, MDCCXIX. ET MDCC

xxv. Extant quoque singulares disputationes: WERNERI de loco administrande sacre cene ordinatio: DEVTSCHMANNI de propria et privata cene: GRVNBENBERGII de vitando priuata communionis separatismo: WILCKII de fugienda priuata communioni. Præter hos, argumentum hoc persequuti sunt: GERHARDVS, BALDVINVS, DANNHAVERVS, SCHMIDIVS, SCHOMERVS atque alii, quorum singulos libros percerere, nimis longum et ab hac scribendi ratione alienum esset: confer die einleitung in die religions - streitigkeiten unserer kirche, part. v. p. 1196.

vermögen dahin zu bearbeiten haben, daß man die leute wiederum daruon abbringen möge, welches wo wir prediger das vnserige treulich thun wollen, zu erhalten, etwa nicht so schwer seyn möchte, weil am meisten orten dergleichen auch legibus publicis verboten, vnd also nur vnserre eben nicht löbliche conuiuenz ist, daß der mißstand gleichwol an den meisten orten eingerissen.* Sed tamen si morbus; vel summa senectus; vel alia iusta grauiorque causa obstat, quominus quis publice ad sacras epulas accedere queat, fieri id priuatim potest ac quando minister ecclesie adest, ille omnino administrationem hanc coenæ peragit; nec permittitur, vt laicus eam fulcipiat.

§. XXVI.

Administratio sacrae coenæ, laicis permittenda, requirit potius *casum summae necessitatis*, de quo nunc dispiciendum ac videndum est: qualis ille esse debeat et num iste, pro constituta ac destinata eius indole, existere possit; nec ne? Quod ad naturam casus huius adinet, ille non eo tantum efficitur, si nullus minister ecclesiasticus haberi potest, qui munere, sacramentum coenæ administrandi, perfungatur; sed etiam illius, qui se caelesti cibo et potu refici cupit, talis conditio accedere debet, vt sit moribundus; aut periculosis adfligatur tentationibus: vt summa sacrae coenæ fruendæ cupiditate flagret: vt credat simul, se sine sacramenti huius vsu ad sempiternam ac caelestem felicitatem haud peruenire posse: vt persuasio hæc sit firma ac constans; nec vllis argumentis ex mente illius euelli queat: vt ipse hanc ob rem in solo dei verbo ac sola in christum fide adquiescere nolit. Eiusmodi

* in den ersten theolog. bedencken part. 1. cap. 2. art. 5. sect. II. p. 185.

modi necessitatis casus euenire omnino potest, hocque adfirmando, nitimur partim ipsa re, quum descripta illius conditio, cui a laico sanctiores epulæ sunt præbendæ, non ita est comparata, vt alterum tollat alterum; partim experientia, licet non propria; aliena tamen atque exemplis. * Nec plane negandum est, in tali casu posse contingere, vt opinio de sacræ cœnæ vsu, ad vitam æternam impetrandam absolute necessario, quando in illa constanter quis permanet; nec meliori institutioni vllum locum relinquit; sed propter illam semper atque ardentem; nec sine angore, sollicitudine ac metu salutarem cibum ac potum cupit, viam parat ad desperationem, cælestem felicitatem impetrandi, et ad iacturam fidei in christum. Quorum igitur animus ita æger est atque vtraque facultas, intelligendi pariter ac volendi, morbo laborat, illi in periculo melioris vitæ versantur.

§. XXVII.

Postquam explanauimus, qualis sit rei, de qua disceptatur, status, merito adfirmamus, in necessitatis casu, a nobis designato, laicum panem ac vinum consecrare atque alteri porrigere posse, imprimis vbi hoc occulte atque hac ratione fiat, vt nulla metuenda sit offensio. Princeps idque proprium sententiæ huius argumentum a conditione illius, quem paullo ante descripsimus, merito sumitur. Miser ille est maxime et in periculo felicitatis sempiternæ versatur; vel non

G 2

longe

* IO. ABR. KROMAYERVS *fälschlich ausgegebriener falsche*
comment. in Augustan. confessio-
nem p. 347. perhibet, in IO. *Propbet,* et ann. MDCXCIII. edi-
 to, exempla memorari; *istum*
 GEORG. MAII libro inscripto: *autem ipsi haud vidimus.*

longe ab eo abest. Huic igitur subuenire, decet. Postulat hoc amor, quem pro lege diuina aliis debemus, atque in illo vera ac fat grauis causa continetur, cur in eiusmodi summa necessitate laico administratio sacrae coenae sit permittenda. Cedit amori huic ordo, qui alias esset seruandus, praecipue quum ille non ad res vitae caducae: non ad corporis felicitatem: non ad opes, honores atque alias generis huius opportunitates; sed ad animae salutem spectat. Quam ubi apud alios procuramus, maximum amoris huius officium persoluimus. Secundum sanctiora effata *membra alia aliorum curam gerere*, 1. *Corinth. XII, 25. alii alios instruere*, 1. *Thessal. v, 11. ad amorem et recte prouocare*, *ebr. x, 24.* ac reliquas sacerdotii spiritualis partes implere debent, eam imprimis ob causam, quia amor erga alios omnia haec sibi vindicat. Quod si autem res ita est; sicuti omnino est, quis dubitaret, recte laicum administrationem sacrae coenae suscipere, quando per illam animum cuiusdam anxium ac sollicitum ad tranquillitatem reuocare ac salutis periculum remouere potest? Cum principali, ab amoris lege petito, argumento coniungenda sunt illa, quae vsurpari ac sumi solent a baptismo atque absolutione, in necessitatis casu a laico peragendis, atque a iure singulorum in societate ecclesiastica, eum in finem, vt illud confirmet, praesertim si aduersus istos disputandum est, qui negant, sacramentum a laico esse administrandam; attamen fatentur, in casu necessitatis laicum habere ius, baptismum pariter peragendi ac veniam noxarum alteri adnuntiandi. Exempla veterum christianorum, ad quae alii prouocant ac persuadent sibi, praebere illa itidem argumentum pro laicis, non addimus. Per se enim ista rem tantum illustrent: non probant; praeterea autem

quibusdam modis et modis - quibusdam modis et modis - fides

fides atque auctoritas illorum non talis est, qualis esse debet, quemadmodum iam supra obseruauimus.

§. XXVIII.

Ex his, nunc dictis, haud difficulter colligendum est, talem necessitatis casum, qualem designauimus, et in peregrinis terris admodum raro euenire ac laicis facultatem administrandæ sacræ cœnæ ita esse tributam, vt ab ea nihil metuendum sit, quod vel iura ministrorum ecclesiasticorum imminuat; vel ordinem, in rebus sacris seruandum, perturbet; vel offensionis cuiusdam præbeat materiam. Non est ergo, quod quis, si et sententiam, a nobis propositam, improbet; aut ab ea alienus sit, de ista, tamquam re magni momenti atque errore, omnino profligando, litem concitet. Recte GUSTAVVS GEORGIUS ZELTNERVS,* postquam controuersie huius fecerat mentionem, adnectit: *quorsum hæc ergo uirilittigatio et quem usum ea præbet? quum et casus ipse vix in peregrinis terris, et non nisi rarissime, eueniat, ipsaque hæc lis ex potestate, remissionem peccatorum adnuntiandi, ab articulis Smalcaldicis pari modo et in casu simili omnibus concessa, sacramenti item baptismi analogia; nec non indole ministræ ecclesiastici et sacerdotii communis spiritualis decidi queat; nec de ordinaria functione ministrorum uerbi dei, legitime uocatorum, tamquam dispensatorum mysteriorum diuinorum, 1. Corinth. iv, 1. quisquam sit inter nostros, qui dubitet.* Negarunt quidem plerique religionis nostræ doctores, quod a nobis affirmatur; sed dissensio hæc re ipsa non tanta est; quantam uerba indicare uidentur. Existimant, haud fas esse, vt laicam
sacram

* *Synops. logomachiar. et uulgo uocant, pietificor. p. 287.*

sacram coenam administret, quia sibi persuadent, nullum necessitatis casum euenire posse; nec pro opinione hac, quamuis illa nec vera; nec solida sit, rem male diiudicant. At vero ubi de necessitatis casu ea ratione cogitassent, qua istum descripsimus, nullum est dubium, quin omnes nostram sententiam adprobassent. Merito obseruat hæc PHILIPP. IACOB. SPENERVS et dicit: * *dabin istz gemeint, wo vnterschiedliche theologi sagen, daß bloß keine andere; als berufene diener der kirchen andern communiciren können. Nemlich wie allezeit die angeführte ration dabey zeigen wird, weil kein casus necessitatis in solchem sacrament befindlich sey. Solte aber von ihnen einiger casus necessitatis erkannt werden, so würden sie so wenig daruber difficultiren; als vber die taufe.*

* in den ersten theolog. bedencken cap. 11. artis. 5. sect. 7. p. 177.



VIRO



V I R O
PRAENOBILISSIMO ATQVE AMPLISSIMO
IO. GEORG. LEOPOLDO
CIVITATIS DIRCKHEIMENSIS IAM REGENTI
CONSVLI MERITISSIMO

S. P. D.

IO. GEORGIUS WALCHIVS.

FILIVS tuus dilectissimus in nostro mu-
sarum domicilio et rationes vitæ re-
cte constituit et curas suas ad id retu-
lit, vt animum, doctrinæ cupidum, præ-
ceptoribus commendaret atque ingenii,
sanctioribus litteris exculti, vim conseque-
retur. Vides hoc ex industria documento,
quod nunc in conspectu omnium ponit, et
merito ex eo capis argumentum, de curri-
culo

H

culo

culo studiorum, ab optimo filio feliciter
confecto, lætandi ac diuina beneficia mentis
ac corporis, quibus deus eum ornauit, pio
ac grato animo laudandi. Iustam quoque
ac solidam habes causam, in spem veniendi,
fore, vt patriæ desiderio satisficiat: cœtus
christiani commodis rite seruiat: familiæ
splendidissimæ honorem ac felicitatem au-
geat; ita autem tibi tuisque semper gau-
dendi præbeat materiam. De filio igitur
tuo, in cuius virtutibus tam iucundam, et
quemadmodum confido, tam veram spem
multarum vtilitatum ac deliciarum reponere
potes, tibi sincere et, vt par est, gratulor
ac deum veneror, vt iubeat, te, omnibus
bonis cumulatum, diutissime florere: te
benignissime seruet ac sapienter fortiter-
que tueatur. Ienæ, d. xiv. mart. an. chri-
stianorum M DCC XLVII.

NOB.

NOBILISSIMO AC DOCTISSIMO
GEORGIO MATTHAEO LEOPOLDO

S. P. D.

M. CHRIST. GVIL. FRANC. WALCHIVS.

QVOD iam in publica luce ac solemnī doctorum viro-
rum confēssu edis, egregium ingenii TVI specimen
firmum sane ac luculentum de doctrina TVA et præclara
diligentia exhibet testimonium, quam in acquirenda solida
rectaque sanctioris disciplinæ cognitione et inuestigandis
ritibus atque institutis, in antiquitatis christianæ monumentis
nobis traditis et ad imitandum propositis, collocasti. De
quo felici rerum TVARVM statu ac studiorum cursu, prospere
per diuinam benignitatem confecto, eo magis lætor gaudi-
umque, quod mente concepi, lubens profiteor, quo cer-
tiora fauoris TVI erga me documenta exstare meque in
eorum ordinem adscribere voluisti, qui dissentientium no-
mine exornati, publicum colloquium tecum instituent.
Quare etiam ego inter eos, qui studia sua in TE iustis gratu-
lationibus piisque votis, pro TVA salute ad immortalē
deum factis, demonstrant, locum mihi vindico ac perfoluo
munus, quod merito a me expectas, lætam mentem de
TVAE eruditionis documento significandi. Precor sum-
mum numen, vt TE porro gratia sua amplectatur teque
perpetua felicitate florere, iubeat. Efficiat, vt factis in-
signioribus et eruditionis; et laudum TVARVM in Tubin-
genſi musarum domicilio accessibus, sospes ac saluus in
patriam reuerti eique vberiores præstantissimi TVI ingenii
fructus adferre queas. Habeas denique me TIBI commē-
datum ac persuadeas TIBI, animum meum semper ad quæuis
officia TIBI præstanda fore promptum paratumque. Age
feliciter. In academia Ienenſi d. XVII. mart. anno christi-
ano M DCC XXXVII.

H 2

VIRO

VIRO IUVVENI
NOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO
DOMING
GEORGIO MATTHAEO LEOPOLDO,
SANCTIORVM DOCTRINARVM CVLTORI PRAESTANTISSIMO
AVCTORI RESPONDENTI DIGNISSIMO

S. D. P.
IOANNES SCHVLMEISTER, OPPON.
BVXOVILLA - ALSATVS.

QVANTAS illi sibi comparent laudes, qui vitam academicam sic degunt, vt omnes neruos intendant viasque ad implenda officia, quæ vitæ huius ratio suadet, persequantur: Tantas, Tu certe, Amicorum Suauissime, exaspe mereris. Qua enim laudabili virium contentione, qua, inquam, indefesa industria scientiis, sanctiori præprimis doctrinæ, morumque honestati studueris; non ego, (ad euitandam adulationis speciem) quamuis propter arctissimum familiaritatis vinculum optime possem, sed præstantissimi Salanæ nostræ Viri, quorum scholas mecum frequentasti, quosque summa obseruantia per omnes vitæ nostræ dies sancte colemus, ferant iudiciū. Et quid opus est aliorum testimoniis? cum publicum ac eximium eruditionis Tux atque doctrinæ proferas specimen ac ipse de ingenii Tui acumine in indaganda rerum sacrarum, etiam difficillimarum veritate, omnium applausu testeris. Hinc non possum non cumulado gaudio apparere, ac Tibi de egregiis profectibus ex animo gratulari, simulque Venerando Tuo Parenti, cuius vnica spes es atque solatium, de optimo Filio, quem Musæ nostræ breui temporis interuallo et virtute et doctrina Ipsi reddent ornatisimum. Dolorem, ad quem abitus Tuus animum præparat, mirum in modum Tubingenses molliunt Athenæ, quæ amicitiam nostram infucata, omnesque obseruantia, indulgentia ac assiduitate superantem, rursus confirmandam promittunt. Vale! Mi amantissime, et etiam absens omnia amicitia et amoris officia diligenter sancte que a me seruanda exspecta. Dabam e Musæo. Ienæ Pridie

Id. Martii A. R. S. M DCC XLVII.



154071

AB: 154071


ULB Halle 3
003 902 811



82

1078
Vb 17





al

28

DISSERTATIO

DE

SACRA COENA

A

LAICIS ADMINISTRANDA

QVAM

PRAESIDE

IO. GEORGIO WALCHIO

THEOL. D. ET PROF. P. ORD. SERENISSIMOR. SAX. DVC. AC MARG-
GRAVII BRANDENBURG. ONOLDIN. A CONSILIIIS ECCLESIAST.
ET CONSISTOR. CIVIVM IN HAC ACADEM. MEINVNG.
ET ONOLD. INSPECTORE

PATRONO AC PRAECEPTORE OMNI PIETATIS CVLTV PROSEQVENDO
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBIIICIT

A VCTOR

GEORGIVS MATTHAEVS LEOPOLDVS

DVRCKHEIM. PALATIN.

DOCTRINAE SANCTIORIS CVLTOR.

D. XVIII. MART. ANN. CHR. M DCC XLVII.



IENAE APVD IO. FRIDERICVM RITTERVM.

